Universidad de Deusto
Biblioteca
1541

Officina Le[illegible]

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fr. Angelus
Monicenius.

# IOANNIS
## RAVISII TEXTORIS

Niuernenſis Cornucopiæ, quo con/
tinentur Loca diuerſis rebus per
orbem abundantia, ſecun/
dum literarum ordi/
nem quàm antea
repoſita.




Venetiis MDXLI

Universidad de Deusto
Biblioteca

## R. F.

Amphitryoniadem mouit Calydonius amnis
Fortia pro molli prælia marte gerens,
Non tulit Alciades inuictum tam male vinci,
Quam bene victori Deianira fuit.
Dum fugit in formas, tauriq; in imagine pugnat,
Et victus mugit trux Achelous humi,
Iam ſimul & pulchram cum cornu perdit amicam,
Non nihil at laudis frons lacerata dedit.
Fudit opes varias pleno bona copia cornu,
Et ſacrata ſuis pendet adusq; tholis.
Quam reparat Textor totum dum permeat orbem,
Omnia perluſtrans vt meliora ferat.
Hos texit flores ſolus quos nouit Apollo,
Quosq; ſuis hortis clara Minerua legit.
Victor Alexciacus domitor virtute laborum
Pandit Textori quo via laudis eat.



## CLARISSIMO VIRO. D. CLAVDIO a Cruce, Baroni Planceyaco, Ioannes Rauiſius TEXTOR Salutem.

FECIT Ominoſa Quædam noſtri huius ſæculi vel iniuria vel certe malignitas, nobiliſſime Claudi, vt iam non ſolum arrideatur illis, qui ſuis operibus demerentur ſibi poſteritatem, at (quod eſt acrius dolendum) ridiculi ſint omnibus, & ſuſpendantur naſo, habeanturq; loco morionum. Contra vero conſulte & prudenter feciſſe dicatur, qui nihil omnino ſuo marte pepererunt, aut protulerunt in publicum, vel ſi quid ſaltem pepererint, ſuis egredi foribus non permiſerunt, ſed in ſcriniis non alium in vſum qua ad paſcendas blattas continuerunt, quaſi vero laudabilius ſit vltra Endymionem indormire negligentiæ, feriiſq; perpetuis conſumere vitam, quam aliquid frugis parere. Et iam in tantum faſtigii adoleuit hoc malum. vt nemo ſine maximo famæ ſuæ periculo, quicquam audeat euentilare, idq; propter licentioſam & imporrunam quorundam hominum garrulitatem a quibus nemini ſecuro eſſe licet, quiq; totos oculos videntur adieciſſe ad inferam Reipublicæ calamitatem, ne bonæ literæ (quibuſcum aliquot ab hinc Annos maiores noſtri nugarum tenus docti, diuortium fecerunt) iure quodam poſtliminij redeant ad tribunal, & ſedeant in Orcheſtra. Quæ res mihi aliquid ſcripturienti magnum haud dubie terrorem attulit, & in animum prope induxit, vt vel nihil facerem omino, porrectiſq; pedibus dormirem ocioſus, vel miſſo literis ipſis repudio ad aliud negocium me conuerterem, Feciſſemq; vt opinor, niſi (dum hac in re qua mihi hæreret) hominum quorundam alterius no

Universidad de Deusto Biblioteca

tæ veniſſet in mentem, qui adeo fauent & patrocinãtur literis, vt eas cum haſta & clypeo ad libertatem & pileũ vocent, poſſintq; victoriam ſperare, ſi pari iugo aliquádiu hoc onus traxerint. Arepta hac occaſione, me mihi reſtitui, reſumptiſq; viribus (quas prius ſtupefecerat hic metus) animum indui ad ſcribendum, & eo vehementiorem, quo certo ſciebam fauorem tuum hac in re mihi non defuturum. Prius enim periculum feceram, te ꝓpenſa in literatos eſſe beniuolentia, bonaſq; artes plurimi æſtimare, præter quam ꝙ eius quotque rei ſpem ꝓmittebat indubitatam illa tuæ iuuentuis indoles, ex qua maximam ſpem certiſſimumq; ingenij lumen nemo nõ arguebat futurum. Nec ſane ſpem hominum fefellit exitus. Nam vbi ætas creuit, creuit ſimul ſtudium virtutis & amor literarum, quas (niſi me decipit communis rumor) adhuc quoq; vſq; adeo diligis, vt earum ſtudio nequeas tibi interdicere, quãtũcunq; imperioſæ te reuocẽt occupationes. Bene hercle agis, & bene quidem audies Claudii nobiliſſime. qui ſummam in virtute felicitatem cum Stoicis, non cum Epicuræis in voluptate reponas, quando (vt dicebat Callimachus) nihil eſt quod citra virtutem extollat hominem, Qua in re eo maiorem promereberis laudem quod in tanto diuitiarũ pelago (quę abunde tibi ſuppetunt) nulla te corruperit voluptas quę tamẽ, omnes fere diuitum domos populatur nulli fere non inſidiat̃ opulẽtiæ. Et ꝗuis philoſophorum teſtimonio, obiectis deliciis titillentur ſenſus, & quibuſdam velut blandimentis irritentur ſic tamen ſemper tibi temperaſti vt ratio non permiſerit te ſuccumbere, ꝗuis drachmæ grandine (vt ita dicam) opertum. Pulchrandii boni conſtantiam, quæ nec arbitrum liuorem, nec iudicẽ Momũ recuſauerit. Et ſane (dabis veniã, ſi liberius loquor) magno crimini tibi daretur, ſi aliter faceres. Atq; ego ipſe omnium primus vocarem te ſpurium, & notum, ſi a tam præſtanti viro Godefredo a Cruce regio quondam theſaurario patre tuo degenerares, quem virtutis aman



tiſſimũ fuiſſe, adeo explorata & certa fatetur veritas, vt homines nihil habeant in ore frequentius, trimiq; iã infantuli hoc dicãt. Solet quidem ex rerum copia naſci libido, & maior earum cupiditas. Nullis tamẽ opibus hac contraxit maculã. Quin potius quantum apud eum creſcebat theſaurus, tantũ augebatur liberalitatis, adeo vt nunꝗ̃ haberet manũ in ſinu (quod dicitur) ſed ambabus ſemper manibus largiretur. Et (quod hereditario iure videtur tibi reliquiſſe) literis in tãtum fauit, vt ſcolaſticos inopia laborãtes ſua qñq; nutriret pecunia. Quid, quod publicam illam regni quæſturam (in qua paucis admodum caſtæ ſunt manus, & nõ piceatæ) tanta æquitate ac diligentia adminiſtrauit, vt iã inculpati quæſtoris nomẽ apud omnes meruerit. Quæ vtinã imitarent̃, quibus incumbit ærarij publici cura. Optime regno & iã raſo ad cutem popello conſuleretur, nobiſq; caderet oportune, ſi oẽs proxime atq; ille, boni publici non priuate vtilitatis ſatagerent. Pulchrũ certe noſtræ dactylothecæ carbũculum amiſimus, grauẽq; fecimus iacturam, dum cõceſſit fato, Sed eo mitius iactura ipſa ferenda eſt, ꝙ hæredẽ te dimiſerit virtutum ſuarũ, quæ me impulerũt, vt modum percontarer, quo in beniuolentiam tanti viri poſſem introrepere. Tãdem ergo vtile factu eſt, vt hoc opuſculum dominationi tuæ nũcuparẽ, vt dũ ſerias occupationes qñq; interrũperes, hoc interdum tua dignareris manu, & interim addictum tibi Textorem reuocares in memoriam. Breuis eſt quidẽ libellus, ita vt primo intuitu videat̃ indignus, qui cornucopiæ inſcribat̃, nec forte ſine multorum conuicijs, qui dicant plura in fronte promitti, quam receſſus habeat. At vbi a vertice. ad calcem quis perlegerit, nomẽ ſi non tuetur, ſaltẽ nõ impugnabit. Dũ liminarem hãc leges epiſtolam, ita legas, vt excuſes & demas ſupercilio nubẽ. Coactus ſum enim ſcribere raptim & tumultuarie, ꝓpter alia negocia, quę me perprimebant, Nam oportebat totam ferme operã date Typographis, qui eodem tẽpore (quo hoc meũ cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nucopiæ ſeorſum ac ſeparatim imprimebatur) habebāt
præ manibus & diuiſim quoq; excudebār, reliquam. Of
ficinæ molem. Qua in re multum vereor, ne quis me ar
guat temeritatis, quod pumilus ego & vix dū ab igno/
rantiæ tenebris expeditus tanta eodem momento non
dubitem moliri. Quod ſi fiat, partem calumniæ, & op/
probrij mecum hauriet vir egregie literatus, & non vul
garis eloquentiæ.

Ludouicus miletiꝰ rector Academiæ Parthiſiẽſis.

LVDOVICVS MILETIVS huius Parrhiſienſis Acade
miæ Rector meritiſſimus, qui dum ſperat bonas literas
aliquid incrementi ex meis nugis habituras, ſtudia mea
non prius interpellare deſijt, quam hoc ipſum a me ex/
torſerit, verius quam exorauerit. Cui etiam (ſi quæſiſſet
vitam) nihil potuiſſem denegare, propter ſingularē vi/
ri humanitatem & doctrinam, procliuemq; affectum in
bonas literas, quarū deſyderio hactenus prurit, vt totā
inſumpſiſſe operam videatur in extirpāda illa barbarie
quam paſſim deſſeminauerunt neſcio qui Vādali, pœni/
tendiq; grammatiſtæ, quibus amurca melius olet, quam
alabaſter vnguēti plenus. Et feciſſet iampridem, ſi in ſuo
vexillo multos habuiſſet ferētarios milites. Nec vnquā
quieſcet ex animi ſentētia, quin attigerit ſcopum, & hāc
ſpurcitiā foras eliminauerit. Sed iā ſaluebis a tuo TEX/
TORE, qui commendat ſe tibi de meliore nota.

Ad doctiſſimum virum Blaſium Madro/
netum Rauiſii TEXTORIS
Epigramma.

NVlla ne librorum poterit ſatiare ſupellex,
Nulla tuam Blaſi Bibliotheca ſitim?
Non adeo ſeruet, quem læſit aquatica dipſas,
Aut bibitis Hydros inſaturatus aquis,
Vt tibi perpetuis ſtudijs furioſa cupido
Creſcit, & ad Muſas impetuoſus amor.
Si facis hoc, multo vt poſſis diteſcere lucro,
Magnatumq; tibi creſcat aceruus opum.



Deſine, te noſter poterit ſaturare libellus,
Sis licet immani Craſſus auaricia.
Omnia munifico dabit hæc tibi copia cornu,
Et Phrygio poteris ditior eſſe Myda.
Vis aurum & gemmas? Eſt gemmis diues & auro.
Vis ferrum & Chalybem? ferrum habet & Chalybē.
Fingere vis ſtatuas? Bimaris dabit æra Corinthi.
Quæris habere roſas? floret vbiq; roſis.
Vis armenta? dabit Spartani armenta Galeſi.
Quæris mella? dabit quicquid Hymmetus habet.
Vngere vis crines vel corpus aromate? plena eſt.
Queris aues? auibus plena & operta ſonat.
Quæris opes alias? Rhodium tibi proferet imbrem.
Vis Ceraſos? Ceraſis plurima vbiq; rubet.
Vis menſas? Mauri citrum tibi mittet Atlantis,
Pruna? dabit quicquid priſca damaſcus alit.
Dat cedros Libani, dat quas parit Ida cupreſſos,
Cynnama, quæ mittit diues odoris Arabs.
Lucrini conchas, Graiæ Sicyonis alutam,
Hic dabit Argos equos, India diues ebur.
Electrum Aethiopes, fruges Cerealis Eleuſis,
Hybla fauos, flores Enna. vetuſq; Samos.
Oſtrum antiqua Tyros. lanas imbelle Tarentum,
Saſſina lac, Memphis ſtamina Sparta canes.
Nec tua maiores remorentur ſeria nugæ,
Hoc licet exiguo munere diues eris.
Non tot opes habuit Babylon, non priſca Corinthus,
Non tot ſcœptiferi poſſidet arca Iouis,

Alphagitæ Caltini in Cornucopiæ Rauiſij
Textoris inſcriptionem, Tetraſticon.

ABice, qui ſubito marceſcunt, Copia flores,
Nec repleant cornu purida poma tuum.
Ecce ferens, quicquid profert natura per orbē,
Serta tibi Textor non peritura dicat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



¶ Iacobi Albi Epigramma ad Rauiſium Textorem Niuernenſem.

EN cum Pariſiis audax niuernia certat,
Arbitrio Rauiſi lis dirimenda tuo.
Patria te reperit, docuiſſe Lutecia iurat,
Quæræris a multis, alter Homerus ades.
Hanc niſi veniſſes patriis de finibus vrbem.
Dic tegeret ne ſacrum laurus opima caput?
Parrhiſii debet Niuerniæ, Mœuius eſſes,
Lar procul Aonio fonte paternus abeſt.

## ¶ IOANNIS RAVISII TEXtoris Niuernenſis Cornucopiæ.

### ¶ Loca diuerſis rebus abundantia.

### ¶ De litera A.

AVro Hiſpania, Iberia, Celtiberia, Toloſa, Dalmaris, Dardæ, Pangæus, Capitalia, italia, Inſulæ maris Aethiopici, Laurios, Suani, Dathus, Thaſus, Gāges, Hermus, Pactus Pactolus, Iberus, Idaſpes, Hytanis, & alia quædam loca.

1 ¶ Argento & argēti fodinis, alyzōes, Alyba, Setę, Praſi, Chryſæ Argyrę, Sardinia, Saxonia, Cythriacum, Mayierium, Boquinſum.
3 Aere, Themeſe Corinthus. Cariſtos, Dodona.
4 Armētis, Galeſus, Britānia, Italia, Calabria, Thracia.
5 Aſparagis, Rauenna, Germania
6 Aſinis, Arcadia Reate, Antron, Africa.
7 Aluta, Sicyon.
8 Amomo, Aſſyria, Armenia, Mœdia, Pontus.
9 Arboribus, Fortunatæ inſulæ, India, Atlas mons, Cyrene, Hircinia, Caucalus.



10 Apybus. Hybla, Hymettus.
11 Apris, Erymanthus.
12 Auibus fortunatæ inſulæ, Peneus.
13 Arcubus, Armenia, Ithyra, Cydon, Gortyna.
14 Arenis, Aethiopia, Hammanientes.
15 Arundibus, Tybris, Gnydos, India, Aceſines.
16 Auleis, Babylon, Sarra, Pergamus, Britannia.
17 Augurio & Aruſpicio, Ethuria,
18 Aceto, ægyptus.
19 Atagenis, Ionia.
20 Aromate, Perſis.
21 Abſinthio herba, Pontus, abſinthus, Macedonia.
22 Aſpidibus, ægyptus.
23 Attilis piſcibus, Padus.
24 Anguillis, Benacus, Ganges, Timauus, Syracuſæ.
25 Auratis piſcibus, actium.
26 Anthiis piſcibus, mare rubrum.
27 Aſteriadibus ægyptus.
28 Aſpalacis animalibus, Bœotia, Orchomenos.
29 Alcibus, Germania.
30 Alumina. ægyptus, Melo, Ethruria.
31 Acacia herba, ægyptus, Cappadocia.
32 Aconito, acco, Italia.
33 Alypio herba, africa.
34 Aneſo, Syria.
35 Arinea fruge, Gallia, Italia.
36 Aloſis, Tybris.
37 Aloe, india, arabia.
38 Aſphalto, frutice, Iſter, Nyiſrus.
39 Agarico, Cilicia.
40 Achate gemma, achates.
41 Artificibus, Meroe.
42 Alabaſtro, India, Thebæ, Damaſcus.
43 Auripigmento, Syria.
44 Amarantho, India, Syria.
¶ Arctiōe herba Creta. Amphitane gēma, India. Acere

Universidad de Deusto Biblioteca



arbore, Iſtria. Alica. Picenum oppidum. Ambrotono, Sicilia. Amaraco, Cyprus. Accipitribus, Maſſilia. Aſſaro vnguento, Pontus.

## PRAEFATIO.

NOn video, vnde ſequẽs opuſculum (quod a rerũ multitudine Cornu Copię appellare libuit) cõmodius ac decenter magis auſpicari liceat, q̃ ab auro. Quod licet inexplebilem hominum auiditatẽ & hydropiſim non ſaturet, ſed adaugeat ſemper vehementius, omnium tamen appetitur voto. Huc certatim itur ab omnibus, Omnes incubant, & excubãt vt ei inſidientur. Oẽs maciem contrahũt, fraudant geniũ naturæ ante lucana expergiſcuntur diligentia, lucro inflammãtur modice aut etiã minus q̃ Luſcinia dormiunt, vt aurũ ipſum (quod eſt velut tyrãnus in propugnaculo) ſuis viribus expugnẽt & ducant captiuum. Neq; eſt hominum genus quod eius habendi cupiditate non intabeſcat. Reges ergo eius rei Pomœria ſuę ditionis proferrę ſtudẽt, Nouũ ſtipendii nomẽ tunicato popello, nec hiſcere, nec murmurare, nec my quidẽ facere audẽti. imponũt. Quęſtores paſſim & ab omnibus rapiunt, & omnia conuerrunt cum puluiſculo. Senatores & iudices muneribus & largitiõe corrupti, iuſtitiam velut meretricẽ proſtituũt, & cum eo deterius agunt, qui non habet obolum, vnde reſtim emat, Raptiſq; in carcerem columbis, coruis impunitatem libere concedunt. Cauſidici crebris clamoribus & tonitribus verborum pulmonem ſibi exhauriũt, vt aliquid trahant in ſuam naſſam. Corruptiq; pecunia, tunc æquitatem nequeunt tutari, quoniam Argentangĩnam patiuntur. Milites vulneribus & iaculis, nautæ ventis & aquis vitam committunt, Fabri ferrarii labore improbo incudem malleis tundunt, Agricolæ ſuis inſiſtũt vomeribus. Mercatores peregre proficiſcuntur, & ſolum mutant. Ne multis agam, omnes crucem ſibi figũt.



Nec aliam ob cauſam, quam vt aurum habeant. Quod quum multis conatibus arripuerunt, nõnulli benignius, plærique acerbius in captum animaduertunt. Qui ſunt egregiæ & generoſæ naturæ, miſerentur captiui protinus, neque capſulis diu retinent incluſum, ſed cito euentilant, & donant libertate. Quinetiam ſui ludi ſuarumq; voluptatum participes faciunt adeo, vt ſi lautiores epulas habere, alea, fritilo, taxillis, & ſphæriſterio ludere, eleganti forma puellam meſcare velint, aurũ ſemper habeant paratum, velut miniſtrum anteambulonẽ, cui primos concedant accubitus, & ſine quo genialiter viuere nequeunt, aut etiam vel non audent, vel erubeſcunt in medium prodire. Hi ſunt liberales & munifici, quorum fores omnibus patent & apertæ ſunt, quique ipſo horreo dant ingenue, neque rerum expectatione ſuſpenſos hæredes retinent. Contra vero ſunt plærique malignantis adeo naturæ, vt aurum perpetuis carceribus captum teneant, & æterna damnent caligine velut ſanguinarium parricidiam, quum tamen nihil deliquerit, præterquam quod nimio ſui deſyderio q̃plurimos excæcauerit. Hi ſunt, qui immoriũtur lucro, quibuſq; nullus ſatis eſt theſaurus. Omnia congerũt, vndecunque poſſunt expilant, furantur, æruſcant, & ab ipſis etiamnum ſtatuis exigunt farinas. Quumq; ad ſenium peruenerunt, & iam alterum pedem habent in cymba Charontis, nondum tamen ſuæ libidini præſcribũt modum, ſed auidius ſemper eſuriunt, & adhuc manum porrigunt in morte, exactaq; via maius viaticum parant. In quorum theſauros vtinam mihi meiq; ſimilibus aliquando liceret irrumpere. Quam probe, quamq; potenter diſſiparem, quod multis annis famelici & ieiunĩ in globum congeſſerunt. Ego præcone compitatim acclamente accerſi iuberem mendicos, leproſos, paralyticos, podagricos, vlceroſos, & aliis morbis laborantes, hiſq; omnia viritim elargirer, quæ illi ventroſi vultures multis latrociniis accumularũt. Et ſi deeſſent pauperes,

Universidad de Deusto
Biblioteca



darem potius Mimis & hiſtronibus, quam hoc tantum
aurum in fornace & tenebris captiuum relinquerē. Ma/
xime a vobis vellem percontari, O auari rapinatores,
quem in vſum tantā bonorum Myrmeciam cōgeritis?
Perpetuam vobis vitam polliceminí? Quotidiana (quæ
veſtris obſeruātur oculis) diſſuadent pericula. Vultis ver
mes auro paſcere? Malunt veſtros ſeſquipedales & am/
pulloſos ventres. Vultis hęredi futuro conſulere? Parcus
ob hæredis curam nimiumq; ſeuerus Aſſidet inſano, in/
quit Horatius. Et qui nepotibus tātam auri farraginem
cumulat, quid aliud facit, quam vt rerum omniū negli/
gentes iam tum cum lacte voluptatem imbibant & lu/
xui innutriantur? Demum quum adoleuerunt, cācrum
facilius recte docebis ingredi, quam eos ad virtutem re/
uoces, quos paratus ante cunas & Serperaſtra theſaurus
corrupit, & ſpadonibus fluxis reddidit euiratiores. Mi/
rum eſt, vnde tantum auro ſit ingenitum virus, vt hanc
ſui habendi rabiem, tamq; vehemens deſyderium indu
cat, vt omnes terrarum fibræ ad ipſum exquirēdum in/
quirantur. Videmus (inqt Plynius) ſuperexcauatos mō/
tes mirantes dehiſcere, & interdum intremiſcere, quod
etiam iratæ parentis argumentum eſſe poteſt, nihilomi
nus imus in viſcera eius, & in ſede manium opes quæri/
mus. Quam innocēs & beata eſſet hęc vita, ſi nihil aliud
niſi quod eſt ſupra terram, concupiſceret, eaſq; tātumq;
opes noſceremus, quas natale ſolum parturit, neq; ter/
ras alio calētes ſole, quæreremus. Sed quid eſt prodigio
lis hominum ingeniis non tētatum? Eſt etiam nobis pu/
gna cum elementis. Fecimus pontum pati verbera, & in
percurrendis piſcium habitaculis vires exercuimus. Nec
ſatis fuit naturam irritaſſe. Voluimus etiam ſcrutari, eēnt
ne Vlli in terræ viſceribus inferi, vt parētem diuitiarum
Plutonem ſuis detruderemus latebris. Iam non eſt, quo
humana ingenia progrediantur vlterius, niſi forte ſua
ipſi viſcera timentur, inquirantq;, ſit ne intus aliquid,
quo nouum luxuriæ genus queat reperiri, ſeu vero non



eſſet alio nobis commigrandum, nudis etiam & modi/
co panno inuolutis, Sed iam pergamus dicere de auro,
quæ ſuperſunt.

SCribit Plynius ſenatum Romanum longo tēpore
exiguum habuiſſe aurum, adeo vt quum a Galliis
capta vrbe pax emeretur, non plus q̄ mille Pondo
dari potuerint. Homerus ſcribit viros olim crinibus au
rum implicuiſſe, vt nunc frequēs eſt & peculiare anglis
aureas catenas collo inuolutas oſtentare. Gallos cū au/
ro pugnare ſolitos Torquatus eſt indicio. In Quintiorū
familia aurum nec fœminas quidem habere moris fuit.
Romani auxiliares externos torquibus aureis donaue/
re, ciuicos non niſi argenteis. Creuit paulatim oium re/
rum luxuria, quum homines guſtato voluptatis ſucco
lapſi ſunt in ebrietatem. Nam Bruti temporibus, mulie/
res pedibus aurum geſtare cœperūt, nedum collo & di/
gitis. Poppea Neronis vxor ſoleas aureas ſuis equis fe/
ciſſe legit. Antonius triumuir corporis excrementa nō
niſi vaſis aureis excipiebat. Ferunt Agomencelum Ale/
xandri magni præfectū aureis clauis crepidas ſuffixiſſe.
Aureus nummus poſt annum. 62. percuſſus eſt quam ar/
genteus. Spartacus interdixit caſtris ſuis, ne quis aurum
haberet aut argentum. In Tygris alueo oppidum eſt Ba
bytace, cuius incolæ mortalium ſoli aurum in odio con
trahunt. Heſſeni quoq; (vt idem teſtatur libro quinto)
ab occidentali littore ſine vlla fœmina & ſine pecunia
degunt. Quod vtinam imitarētur noſtrates. Non tot in/
ſidiis humana vita circunueniretur. Non eſſet tam fre/
quens venenorum vſus. Omnes maiore animi tranquil
litate viuerent, & profundiore dormirent ſomno. Ceſſa
rent, quæ inde enaſcuntur, belli contagia. Neque aliena
proprietas retorto limaretur oculo. Sed ſurdis cano. Si
me rupero, quod iam inualuit malum non ſolū nō abo/
lebo, ſed nec minuam quidam. Auro nihil igne deperit.
Propterea tutum eſt ab incēdiis, & rogis durante mate/
ria. Quinimo quo ſæpius arſit, proficit ad bonitatē. Au/

Universidad de Deusto Biblioteca



rum vbi igne probatum eſt, vocatur obrizum & puriſſi-
Si auro liqueſcenti Gallinarū membra miſceantur, con-
ſumunt illud in ſe, ita hoc venenum auri eſt, inquit Ply-
nius. Verrius apud eūdem teſtis eſt Tunica aurea trium-
phaſſe Tarquinium Priſcum. Nunc veniendū eſt ad inſti-
tutum, dicendumq; de iis locis, in quibus plurimum au-
ri quondam repertum eſt.

¶ Auro & Aurifodinis.

*Hiſpania.* HIſpaniam metallis omnibus nedum auro abūda-
re docet Plynius. Metallis (inquit) Plumbi, æris,
argēti, auri, tota ferme Hiſpania ſcatet. Et lib. 33.
Vicena (inquit) milia pondo auri, ad hūc modum annis
ſingulis Aſturiam, atq; Galleciam & Luſitaniam præſta-
re quidam crediderunt, ita vt plurimum aſturia gignat.
Et lib. 4. Omniſq; dicta regio a Pyrenæo Metallis refer-
ta auri, argenti, ferri, plumbi, nigriq; albiq;. Item lib. 33.
Capi. 4. Cæterum inquit montes Hiſpaniæ aridi, ſteri-
leſq;, & in quibus nihil aliud gignatur, huic bono co-
guntur fertiles eſſe. Item Strabo. Aurum (inquit) argen-
tum, æs, ferrum. nuſquam terrarum, neque tātum, neq;
tam probatum generari ad Tyberii vſq; tempora com-
*Iberia* pertum eſt. Iberia pars eſt Hiſpaniæ, quæ intra Iberum
fluuium continetur, quam Aurifodinis claram eſſe præ-
ter quæ iam diximus, docet etiam carmen Papinij li-
bro tertio Syl. ſcribentis. Quicquid ab auriferis eiectat
Iberia foſſis. Poſſidonius ſcribit, M. Marcellum exegiſ-
*Celtiberia.* ſe tributum ex Celtiberia Hiſpaniæ parte ad talenta.
600. Ex quo coniecturam facere eſt (inquit noſter Bu-
dæus) Celtiberinam gentem numeroſiſſimam fuiſſe, &
pecunia abundantem. Eandem ob cauſam Catullus Cel
tiberiam vocat Cuniculoſam ideſt Cuniculis ſeu fodinis
refertam, vbi ait. Cuniculoſæ celtiberiæ fili. Quis inficia-
bitur Toloſanum Italiæ oppidum auri plurimum ha-
buiſſe, quum Trogi teſtimonio, in eo reperta ſint auri cē-
tum & decem milia pondo, Argenti quinquies decies
centena milia? Quæ ſumma quanti ſit æſtimanda, hinc



licet obſeruare, quod ſingula pondo minoris centum
aureis ſolatis æſtimari nequeant. Hoc autem oppidum
quum. Q. Cepio. Conſul diripuiſſet, quiſquis ex ea dire-
ptione aurum attigit, miſero cruciabiliq; exitu periit,
inquit Gellius. Vnde natum Adagium. Aurum habere
Toloſanum, in Calamitoſos. Dalmatia regio eſt Illyri-
ca, in qua aurum inuentum eſt principatu Neronis, tan-
ta quidem copia, vt quinquagenas quotidie libras effun
deret. Martia. lib. 10. Epigram. Felix Aurifere colone ter
ræ, ideſt Dalmatiæ. Et Statius libro. 1. Syl. Robora Dal-
matico lucēt ſatiata metallo. Item Michael Anglicus. Li-
briq; nitore Dalmaticum ſuperes aurum, Scythicoſq; la
pillos. Dardæ populi ſunt Indiæ, auro fertiliſſimi. Vt Sæ
tæ populi argenti. Autor Idem Plynius libro ſexto. In
eorum regione formicæ aurum ex cauernis egerunt, cu
ius raptores ſi corripiant, lacerant.

PAngæus mons eſt thraciæ, quē auri fertilem eſſe
docet Herodotus in Polyhymnia. Hac iter (inq̄t
de Xerxe loquēs) præter eos montes a manu de-
xtra relinquens montem Pāgeum, magnum atq; excel-
ſum, in quo aurea ſunt & argentea metalla. Plynius ſcri-
bit auri metalla & conflaturam a Cadmo Phœnice in
Pangæo monte reperta.

CApitalia mons eſt indiæ, auri itidem ferax. Ply-
nius libro ſexto de Indo loquens. Narcę inquit,
deinde quos claudit mons altiſſimus Indicorū,
Capitalia. Huius incolæ alio latere auri & argenti me-
talla effodiunt.

¶ Italiam auri fertiliſſimam fuiſſe contēdit Virgilius li-
bro ſecundo Georgico. dicens. Hæc eadem argenti ri-
uos, æriſq; metalla Oſtendit venis, atq; auro plurima flu
xit. Clitarchus apud Plynium teſtis eſt Aethiopici maris
inſulas adeo fuiſſe opulentas, vt in earum vna incolæ
equos talentis auri permutarent.

¶ Laurios eſt regio Atticæ, auri venis frequēs, Vnde na
tum adagiū. Noctuę Lauriotica, de pecuniarum copia

Univerſidad de Deuſto Biblioteca



quoniam numiſmatis Laureis Noctuarum figura inſcul
pebatur. Hoc debemus Eraſmo. Plynius lib. 33. Capit. 3.
Suani ſcribit Suanorum gentem auri copia vſque adeo abun/
dare, vt regnũ ipſum velleribus aureis, trabibuſq; & co/
Dathus lũneis aureis & argẽteis vbiq; ſcateat. Dathus fuit Tha/
ſiorum colonia, quæ quod auri venas habuerit, prouer
bio ſequẽti locum fecit, Dathus bonorum. De conferta
rerum opulentia, inquit Eraſmus.
Thaſus ¶ Thaſus inſula (cuius incolæ Thaſij dicuntur) aurea
quondam vocata eſt, a copia auri, quod ibidem effodie
batur. Inter loca auri feracia, nonnulli etiã fluuii nume/
rantur, vt Thagus Hiſpaniæ, Padus Italiæ, Hebrus Thra
ciæ, Pactolus Aſiæ, Ganges Indię, Autore Plynio li. 33.
Cap. 4. Quibus adduntur Hermus, Iberus, Idaſpes. De
Ganges Gãge, Pamphilus Saxus de laudibus Veronæ. Sic Bena
cæ tuos æquant pater optime piſces, Diuitis vt ſuuas
marmora Gangis opes. Benachus nomen eſt lacus. IDe
Hermus Hermo. Marti. libro. 8. Nõ illi ſatis eſt turbato ſordi. dus
auro Hermus, & Heſperio qui ſonat anne Tagus. Item
Stroza filius libro primo. Amorum. Non vt Erithręi cu
mularem munera põti, Quodq; Metalliferis egerit Her
mus aquis. Hinc opes Hermeæ dicuntur a poetis. Ponta
nus in Eridano. Felices Hermi ripæ ditante metallo, Fe/
liceſq; Tagi quas rigat vnda ferax.
Tagus ¶ De Tago Claudianus lib. 1. in Ruff. Non Tharteſſia/
cis illum ſatiaret arenis Tempeſtas precioſa Tagi, Et Põ
tanus lib. 2. de Stellis. Dum Tagus aurifluo vectatur gur
gite, Item Mantuanus lib. 4. Agelariorum. Ad mare pri
pitur Tagus auricoloribus vndis. Item Plyn. libr. 4. Cap.
22. Tagus inquit auriferis arenis celebratur. Martia. li. 7.
Quam meus Hiſpano ſi me Tagus impleat auro. De Pa
Pactolus ctolo, Claudianus de Conſulatu probi. Quantus per Ly
dia culta Deſpumat rutilas diues Pactolus arenas. Tibul
lus lib. 3. Nec me regna iuuãt, nec Lydius aurifer amnis.
Item Quintianus in Cleopoli. Sequana Parrhiſios ditãs
precioſior Hermo, Pactoloq;, ſuis voluunt qui fluctibus
aurum.



aurum. Seneca in Thebaide. Et qua trahẽs opulenta pa/
ctolus vada Inundat auro rura. Iberus quoq; Hiſpaniæ Iberus
fluuius auri ramenta quandoq; fertur habuiſſe. Vnde
Claudianus de conſulato Manlij Theodori. Lẽtus arat
Rhodanuſq; celer, & diues Iberus. Ricardus Bartholi/
nus libro nono Auſtriados. Regna ſub aurifero deſerta
reliquet Ibero.
¶ De Idaſpe, Statius libro octauo Thebai. Ceu modo Idaſpes
gemmiferum Thyrſo populatus Idaſpem. Et Claudia/
nus libro ſecundo in Ruff. Auriferum veniam poturus
Idaſpem.
¶ Hytanis flumen eſt Carmanię portuoſum & auro fer Hyta/
tile inquit Plynius libro. 6. Capite. 13. De fluuiis & plæ/ nis
riſq; alijs locis auriferis, Polytianus in Ambra. ſic ſcribit. Plęraq;
Quo nunc diuitias animoſi carminis ore loca au
Exequar? haud illi plena ſe conferat vrna tifera
Hermus, & aurata radians Pactolus arena,
Et Tagus & Durius, latebris quodq; eruit audax
Dalmata, quodq; procul Beſſus rimatur, & Aſtur,
Fuſile Callaica quodq; in fornace liqueſcit,
Decolor in toto quodq; inuenit Indus Idaſpe,
Quemq; Rhodos fuluis hauſit de nubibus imbrem,
Quodq; manu dea cæca tenet præ diuite cornu,
¶ Item Claudianus lib. 1. in Ruf.
Plenus ſæuiciæ, lucriq; cupidine feruens.
Non Tharteſſiacis. illum ſatiaret arenis
Tempeſtas precioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea pactoli, Totumq; exhauſerit Hermum,
Ardebit maiore ſiti.
¶ Item paulopoſt ſubiungit.
Quo væſanæ ruis? teneas vtrunq; licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Nungantur ſolium Cyri, Crœſiq; Thyaræ,
Nunquam diues eris.
¶ Strabo ait Turditanorum Hiſpaniæ populorum gen
tem fuiſſe opulentiſſimam, vt quæ a Carthaginenſibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



quondam inuenta ſit præſepibus vtens argenteis. Aſtu/
res populi ſunt Hiſpaniæ Calecis proximi, aurifodinis
quondam nobilitati. Syl. Sed ſcelerum cauſas aperit de⁹
improbus Aſtur Viſcerib⁹ laceræ telluri, mergitur imis,
Et redit infelix effoſſo concolor auro.

## 2 Argento & argenti fodinis.

¶Præter quæ iam diximus loca ſunt & alia venis argẽ
ti memorabilia, Strabo ait Alyzones populos eſſe iux/
ta Pharnaceam inſulam, qui habent venas argẽti & fer/
ri. Interpres Strabonis. Hinc & Alyzonas, Odiuſq; &
Epiſtrophus vna longinqua ex Alyba ducunt, argenti
vbi vena eſt.
¶Alyba regio eſt non procul Myſia, in qua Homerus
ait eſſe argentifodinas.
Sætæ ¶Sætas Indiæ populos argento abundare docet Ply/
nius libro ſexto Fertiliſſimi (inquit) ſunt auri Dardæ, Sę
Praſi tæ argenti. Sed omnium india prope non modo in hoc
Chryſæ tractu potentiam claritatemq; vincũt Praſi ampliſſima
Argyre vrbe, ditiſſimaq; Palibotta. Chryſas & Argyras idẽ Ply/
nius Indiæ populos facit auro & argẽto fertiles. Quod
etiam vtriuſq; dictionis etymologia compręhenditur.
ſardinia Sardiniam argẽto fertilem eſſe, docet Architrenius illo
carmine. Inda ebore, argento Sardinia, & Attica melle,
ſaxonia In Saxonia Salinæ ſunt vberrimæ, Pręterea argentifo/
dinæ apud Goſtardam oppidum, ab Othone primo in/
uentæ. Autor Volaterranus.
¶In Auguſtudunorũ ſeu Eduorum Diœceſi pagus eſt
Cithria Cithriacum nomine, frequẽtibus argentifodinis clarus
cum. Cuius rei teſtis ſum nõ auritus, ſed occultatus Nã quum
in Corbino oppido, quod vnico tantum diſtat miliari,
prima literarum biberem rudimenta, memini me non/
nunquã illuc iuiſſe luſum & ſpaciatũ cum collega meo
in primis elementis, Ioanne Regio, qui adhuc ibidem
agit Hypodidaſcalum ſub Vgone Viturello Gymnaſia.



cha. Eodem in loco eſt non parua foſſorum multitudo,
qui terram excauant & mineralia exauriunt, que ad Io/
nam fluuium propinquum in pecuniam conflant, & ibi
dem perpurgant, Cuius tamẽ non omnimodum perci/
piunt emolumentum. Sunt enim ſtipendiarii regi, cui
pecuniæ partem exoluunt, homines alioqui inelegan/
tibus adeo & inurbanis moribus, vt a Centauris aut Cy/
clopibus originem duxiſſe videantur. Vidi quas effode
rant ſcaptenſulas, At non poteram oculos intro demit/
tere quin eorum profunditas, aſpicienti horrorem incu
teret. Sunt & loca eidem agro vicina, itidem argenti ve
nis laudatiſſima, vt Magerium, Calcimõtium, quæ ſi ha Maye/
beret Italia magis tumeſceret, ac ſupbiret quam ſua Ce/ rium.
tere glorietur Sicilia, Eſt & ibidem alius locus argenti
feraciſſimus Boquiniũ nomine, cui nunc præſunt & do/ Boqui
minãtur duo noſtratium vt ditiſſimi, ita & probatiſſimi nium.
viri Iacobus & Germanus perreli fratres.

## 3 Aere.

¶Pollitianus in Nutricia Amyclas vocat Aeriſonas, qđ Amyclę
Aere (vt coniicio) claruerint. Sic autem ſcribit Ceu ma/
ximus ille Aeriſonas pedibus qui quondam inductus
amyclas.
¶Themeſe oppidum eſt Cypri, in quo præſtantiſſima Theme
Aeris metalla fuiſſe docet carmẽ illud Papinij libro pri/ ſe
mo Syl. Et queis ſe totis Themeſe dedit hauſta metallis.
Item in eodem. Nuſquam Themeſæa notabis Aera. Et
libro tertio Achille, Aere ſonat Themeſe. Fuit & eiuſdẽ
nominis oppidum in Brutiis Italiæ conditum ab Auſo/
nij (Latinis Temſa dicitur) cui hanc metallorum laudẽ
aſcribunt nonnulli.
¶Corithus vrbs Achaiæ a Siſypho latrone conditam, Corith⁹
vſque adeo Aeris præſtantia nobilita eſt, vt eo facta va/
ſa in deliciis haberentur, auriq; & argenti precium tran/
ſcenderent, Vnde Corinthiarius a Tranquillo in Cæſa/
re Auguſto vocatur amator huiuſmodi vaſorũ immo/

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicus. Ouidiꝰ libro ſexto Metamor. Orchomonoſq; fe/
rox, & nobilis ære Corinthus. Plyniꝰ ait celebritatē ęris
eſſe in Aſia, fuiſſe quondam in Campania, nunc eſſe in
Bergomatium agro Sene. in Medea, Precioſa ſonēt ęra
Cari/ Corinthi. Idē Plynius ſcribit in Caryſto inſula marmo/
ſtos ris optimi ferace æs primū repertum fuiſſe, In Dodona
Dodōa Moloſſorū ciuitate fuit oraculum & officina æris præ/
ſtantiſſimi, quod quum optime reſonaret, fecit locū ꝓ/
uerbio. Aere Dodonæo loquacior.

4 ℭ Armentis.

Galeſiꝰ ℭ Galeſum fluuium Calabriæ armētis abundare arguit
Statius libro ſecundo Sylua. dicens. Et lacedæmonij pe/
cuaria culta Galeſi.
Britan/ ℭ Britannia (quæ nunc Anglia dicitur) terra eſt frugife/
nia ra, pecore abundās, auro, argento, ferro, plumbo, pelli/
bus mancipiis canibus etiam venaticis. vt inqt Strabo.
Cicero tamen in epiſtola ad Trebatium, ei tantam ſteri/
litatis notam inurit, vt ne ſcrupulam quidem argenti in
ea reperiri dicat.
At nunc res aliter ſe habet.
Andreas Ammonius de ea ſic ſcribit.
Illic quæ armenta aſpicio, quam mitia, quamq;.
Grandia, & extentas crurum tenus vbera vaccas,
Occurrunt & oues imitantes tenuia Serum.
Vellere fila ſuo vel quod Pagaſæus Iaſon
Rettulit in patriam rapta cum Phaſide quondam.
Miror, vt omne pecus nullo cuſtode vagetur,
Laſciuiq; procul vituli ſine matribus errent.
ℭ Gellius lib. 10. Noctium Atti. Coniectare (inquit) ob
Italia eandem cauſam poſſumus, quod Italia olim eſſet armē
toſiſſima muictráq; (quæ appellatur ſuprema) inſtitutā
in ſingulos duarum ouium &. 30 boum, pro copia ſcili
Cala/ cet boum, proq; ouium penuria. De Calabria, Horatiꝰ
bria lib. primo Ode. 3. Non æſtuoſę grata Calabriæ Armen/
ta, non aurum, aut ebur indicum. Thraciam abundare
armētis docet Seneca in Troade dicens, Meliorq; fœtu.



Fortis armentis lapidoſa Thrace. Augies Apollinis fi/ Thra/
lius fuit armentorum multitudine ditiſſimus. Vnde na/ cia
tum Adagiū, Augiæ ſtabula repurgare. Habuit Iob Idu
mæus, ſeptem milia Ouium, tria Camelorū, Quinqua/
ginta iuga boum, quingentaſq; aſinas.
ℭ Erithræa inſula eſt Hiſpaniæ, quā Strabo ait tantę fœ
cunditatis eſſe, vt pecudes pabuli copia ſit neceſſe ex
creatione ſanguinis purgari.

5 ℭ Aſparagis.

ℭ Aſparagus dici poteſt virgultum ſeu barba in virgul
ta & caulem creſcens, ab aſperitate, vel aſparagus exter
na lingua ſignificat fruticem. Hoc autem frutice Rauen Rauen/
nam & Germaniam abundare docet Plynius lib. 19. De na
Rauēna Martialis in Xenijs, Mollis in æquorea que cre Germa
uit ſpina Rauenna Non erit in cultis gratior Aſparagis. nia
Suetonius ſcribit Cæſarem ad exprimendam rei alicuiꝰ
velocitatem conſueſſe dicere. Velocius quam Aſparagi
coquantur. Hic frutex a Plynio vocatur Corruda.

6 ℭ Aſinis.

ℭ Aſinos optimos Arcadia, & in Italia Reate mittunt, Arca/
Autore Ply. Quos propterea Peloponnēſiaci illinc ſibi dia
emebant. De Arcadia fidem facit illud Perſianum Saty Reate
ra. 3. Arcadiæ pecuaria rudere credas. Plautus in Aſina/
ria. Meminiſtin aſinos Arcadicos, mercatori pelleo no/
ſtrum vendere Atrienſem? Varro libro ſecundo de re ru
ſtica capi. 1. Hoc enim (inquit) nomine aſini Arcadici in
Græcia nobilitati, in Italia Reatini vſq; eo, vt mea me/
moria aſinus vaníerit ſeſterciis milibꝰ, 60. & vnę quadri
gæ Rome conſtituerint quadrigentis milibus. Columel
la libro vndecimo. Hinc caput Arcadici nudum cute fer Antron
tur Aſelli. Antron fuit Theſſalię ciuitas nomen inde ſor
tita quod cauernis & ſpecubus abundaret. Illic aiūt aſi/
nos inſigni quondam magnitudine fuiſſe Vnde prouer
bium effluxit. Antonius Aſinus. Plynius libro octauo

Universidad de Deusto Biblioteca

Africa Cap. 30. ſcribit in Africa multitudinem eſſe aſinorũ ſyl/
ueſtrium. Idem ait. Aſinos cornu armatos in India re/
periri.

7 Aluta,

Sycion ℂSycion vrbs fuit in Achaia non procul Corintho, in
qua teſte Cicerone, calcei molles & muliebres fieri ſo/
lebant. Vnde aluta Sycionia dicitur. Bap. Pius libro
quarto Elegi. Aut ſibi ſi modicos Sycionia vinxet Alu/
ta. Aethereos pellis aut heredoſa pedes. Eſt autem Alu/
ta corium, quo calcei fiunt. Hinc Aluctarii dicuntur cal
ceolarij.

8 Amomo.

Aſſyria ℂAmomũ herba eſt ſeu arbuſcula odoris ſuauiſſimi,
in Aſſyria frequens & Armenia. Virgilius Aegro. 4. Aſſy
rium vulgo naſcetur amomum, Sylli⁹ libro vndecimo
Nec crimen aſſyrio perfundere pugnet amomo. Item
Arme/ Mantuanus in Catharina libr. tertio. Frangat & aſſyrio
nia luſtratur carcer amomo. amomum armenium eſt opti/
Mœdia mum deinde Mœdicum, poſtea ponticum. Ply. Naſci/
Pontus tur (inquit) in armeniæ parte vocatur Ocenæ, & in Mœ
dia & in ponto.

9 Arboribus.

Fortu/ ℂIn Fortunatis inſulis arbores ſunt tantæ proceritatis,
natę iſu vt ad. 14. pedes inoleſcant. Teſtis Plynius libro ſexto.
læ Capi. 23.
ℂSunt & in India arbores adeo proceræ, vt ſagittis ſu/
perari nequeant, Hæc facit vbertas ſoli, temperies cœli,
aquarum abundãtia. Plynius libro ſeptimo. Idem libro
Atlas quinto ait imas atlantis radices denſis altiſq; repletas ſyl
uis incognito genere arborum quarũ enodi nitore ſpe/
ctabilis ſit proceritas. Frondes cupreſſis ſimiles, tenuiq;
lanugine opertæ, quibus addita arte veſtes Bombyci ſi/
Cyrenę miles confici valeãt. Cyrenaicus quoq; ager arboribus
Hyrci/ fertilis habetur, inquit idẽ Plynius libro quinto. In Hyr
nia. cinia ſylua tanta eſt arborum multitudo, tãta roborum
vaſtitas vt idem Plynius libro. 16. dicat colles occurſan/



tium inter ſe radicum attolli repercuſſu. Caucaſum mõ Cauca/
tem arboribus abũdare innuit Propertius libro primo. ſus
Et nemus omne ſatas intendat vertice ſyluas, Vrgetur
quantis Caucaſus arboribus.

10 Apibus.

ℂPeruulgatum eſt ex lectione poetarum, Hyblam Sici Hybla
liæ, Hymettũ atticæ montes apibus & mellis optimi co hymet/
pia abundare. De Hybla Ouidi⁹. Quod lepores in atho, tus
quod apes paſcuntur in Hybla. Martialis libro ſeptimo.
Paſcat & Hybla meas, paſcat Hymettus apes. Eadem ra
tione Hymettus florẽs Lucretio, dulcis Iuuenalis, &. V.
Flacco. Olens Statio dicitur. Martialis libro decimoter
tio Hanc tibi Theſæi populatrix mittit Hymettu Pallo/
dos a ſyluis nobile nectar apis.

11 Apris

ℂHoc argumento poetæ Erymanthũ arcadiæ mõtem Erymã/
apris abundare dicunt, quod ibidem Hercules furioſum thus
illum & memorabilẽ aprum interfecerit. Vnde Stroza
filius in venatiõe amphitrioniades in monſtrifero Ery/
mantho Fulmineum ſic preſſit aprum.

12 Auibus.

ℂScribit Plynius libro ſexto Fortunatas inſulas, & co/ Inſulæ
pia pomorum, & auium omnis generis abundare, Vide Fortu/
Capite. 32. natæ
ℂPeneus fluuius eſt Theſſaliæ vndis lucidis amen⁹, vi/ Peneus
ridanti riparum gramine, & canoro auium concetu.

13 Arcubus.

ℂOmnes fere populi Orientales arcu, & ſagittis clarue Arme/
runt, quibus annumerantur Scythæ, Getæ, Cretænſes. nia.
De armenia Lucanus lib. octauo armenioſq; arcus, Scy/
thicis intendite neruis. De Ithyra vrbe Panthiæ in tau/ ithyra
ro ſita. Idem Lucan⁹ libro ſeptimo Tũc & Ithyræi, Mœ
diq;, arabeſq; ſoluto arcu turba minax, nuſq; texere ſa/
gittas. De Cydone vrbe Cretæ, Horatius libro. 4. Car.
Primusve Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Item Vir/ Cydon
gilius in Bucoli. Ite liber, Partho torquere Cydonia

Universidad de Deusto Biblioteca

cornu Spicula. De Gortyna vrbe Cretæ. Ouid. li. 7. Me/
ta. Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.

### 14 Arenis.

Aethiopia ¶ Aethiopia ſcatet arenis iuxta Marulli teſtimoniũ di/
centis. Nec te peruſti minuit. aut feruor ſoli. Diueſq; are
Hámanientes narum Aethiops. Hammanientes Cyrenaicæ regionis
populi, vndiq; arenis circundatur. Autore Plynio lib. 5.
Cap. quinto.

### 15 Arundinibus.

Tybris ¶ Ouidius libro. 5. Faſtorum vocat Tybrim arundiferũ
ab Arundinibus vbi ait. Tybris arundiferum medio ca/
put extulit aluo. Eadem ratione Catullus vocauit Gny/
don arundinoſam. quæq; Ancona Gnydonq; arundino
ſam Colis.

India ¶ Scribit Plynius libro. 7. in India eſſe arundines tantæ
proceritatis. vt ſingula internodia alueo nauigabili ter/
nos interdum homines ferant. Idem Arundini (inquit)
Indicæ arborea amplitudo. Nauigiorum etiam vicem
preſtant ſingula internodia. Circa Aceſinem amnẽ ma/
Aceſines xime naſcuntur. Diodorus in tertio oſtendit Indorũ re/
gis Staurabatis potentiam in nauigiis non paruam con
ſtitiſſe, quæ ad. 4. milia ex arundinibus fluuio accõmo/
danda aduerſus Semiramidis vires confecit. Ferũt enim
(inquit idem Autor) flumina, locaq; paluſtria arundinũ
copiam, ita craſſarum habere, vt nequaquam eas homi
nes vlnis amplecti queant. Ex his naues optimæ fiunt p/
pter arundinum robur.

### 16 Aulæis.

Babylõ ¶ Babylonii primi omnium diuerſos colores picturæ
intexuerunt. vnde & plautus Babylonica vocat Peripe/
taſmata Et Ioſephus Aulæum Babylonium. Martialis
quoq; libro octauo Non ego prætulerim Babylonica
Sarra picta ſuperbe Texta. Semiramis quę varianſ acu. In Sar
ra phœniciæ vrbe (quæ alio nomine Tyros appellatur)
claruit vſus purpuræ, vnde & Virgili. Sarranum vocat
Oſtrum lib. ſecundo Geor. Vt gemma bibat. & Sarrano



dormiat Oſtro. Eadem ratione Iuuenalis Aulæa vocat
Sarrana. Claruit & Aulæis Pergamus Vrbs Aſiæ, quæ Perga/
eius loci rex Attalus reperiſſe dicitur. Vnde & Attalica mus.
dicuntur. Syllius libro decimoquarto. Quæ radio celat
Babylon, vel murice picto Læta Tyros, quæque Attali/
cis variata per artem Aulæis ſcribuntur acu, Aut Mem/
phitide tela. Item Propertius. Porticus Aulæis nobilis
Attalicis. Idem. Nec ſit in Attalico mors mea nixa tho/
ro. De his intellexit Horatius dicens. Attalicis conditio
nibus Nunquam dimoueas, vt trabe Cypria Myrtoum
pauidus nauta ſecet mare. Lucretius quoq; Aulæa com/
mendat Britannica. Britan/

### 17 Augurio & aruſpicio. nia.

¶ Apud Ethruſcos augurii primum & aruſpicij diſcipli Ethru/
na fertur claruiſſe, eiuſq; inuentor extitiſſe Tages, quá ria
poſtea Romani ab eiſdem ſuſceperunt. Sido. in. 3. Pane
gyri. Quid rogo biſſeno mihi vulture Thuſcus aruſpex
Portendit? Mantuanus in Martio. Nil tamen interpres
cœli, nil Thuſcus aruſpex, Nil magus inuenit. Vitru. li. 1.
de Architectura. Id autem Ethruſcis aruſpicibus diſciplí
narum ſcriptis ita eſt dedicatum.

### 18 Aceto

¶ Acetum in ægypto ex Mareotico vino fiebat, tanta Aegy/
quidem præſtantia, vt in maiore precio quam ipſum vi ptus
num eſſet. Martialis. Amphora Niliaci non ſit tibi vilis
aceti, Eſſet quum vinum, vilior illa fuit. Eandem ob cau
ſam Codrus Vrceus lib. 2. Syl. acetum vocat Phariũ, di/
cens. Hic ſalis, hic Pharii ſeruatur copia aceti.

### 19 Attagenis

¶ Attagena, ſeu attagen auis eſt inter raras quondam Ionia
epulas habita, ſed pcipui in Ionia ſaporis, Autore Plyn.
Vnde Mar. Inter ſapores fertur alitum primus, Ionicarũ
guſtus Attagenarum. Fuit autem hæc auis frequens in
Ionia. Plynius. Attagen maxime Ionius celebratur, vo/
calis alias, captus vero obmuteſcens, quõdam exiſtima
tus inter raras aues. Hieronymus. Attagen & Ficedula,

Universidad de Deusto Biblioteca



Mulus & Scarus in delicijs computantur. Horatius in
Epodo. Non afra auis deſcendat in ventrem meum, Nõ
attagen Ionicus iucundior.

20 Aromate

Perſis ℭ Abundat Perſarum regio aromate. Vnde Quintian⁹
in cleopoli. Perſica aromatib⁹, validis germania tabris.

21 Abſinthium

ℭ Abſinthium herba eſt amara, vim habens calidam &
ſtypticam. Potum ſtomacho prodeſt ad dolores corpo-
ris. Laudatiſſimum naſcitur in Ponto Quare ab Ouidio
conſulte dictum eſt. Turpia deformes gignunt abſinthia
campi, Terraq; de fructu, quam ſit amara docet, idem li
bro quinto de Triſt. Cana prius gelido deſint abſinthia
Ponto. Argumentum eſt ab impoſſibili. Abſinthus vrbs
eſt Thraciæ, quę nomen ſumpſit a copia abſinthij ibidẽ
creſcentis, quo oues paſcuntur in regione Pontica felle
Mace- carentes. Naſcitur quoque abſinthium laudatum in Ma
donia cedonia & Tauro monte, Eſt & vnum genus, quod San
tonicum dicitur a Galliæ ciuitate, De quo videtur intel
lexiſſe Martialis. Santonica medicata dedi mihi pocula
virg. Ply. ait. Laudatiſſimũ repiri in Thapoſyri ægypti.

22 Aſpidibus.

ℭ Aſpides ſerpentes ſunt frequẽtes in ęgypto, hebetib⁹
oculis, eiſdemq; in temporibus fixis Venenum habent,
quo ſiquis percuſſus fuerit, nunq̃ euadit niſi vulnere al-
tius reſciſſo. Earum imagine vtebantur ægyptij reges in
ſuis Diadematibus, Vnde Val. Flaccus li. 4. Argon. Iamq;
aſpide cincta comas, & ouanti perſona ſiſtro. Lucan⁹ lib.
4. Pharias vocat aſpidas ideſt ægyptias, vbi ait. aſpidas
vt Pharias cauda ſolertior hoſtis Ludit, & iratas incerta
prouocat vmbra.

23 Attilis piſcibus

ℭ Attili ſunt piſces, qui inertia pingueſcunt. Sunt autẽ
Padus frequentes in Pado, adeo vt ad mille quãdoq; libras ca-
pti ſint, qui niſi iugis boum extrahi potuerunt.

24 Anguillis



ℭ Anguillæ piſces ſunt admodum lubrici & volubiles, Benac⁹
qui octonis viuunt annis, durãtq; ſine aqua ſenis diebus
aquilone ſpirante. Capiuntur plurimæ in lacu Benaco
hyemato, & in tantum mirabili multitudine, vt in exci-
pulis eius fluminis ob hoc ipſum fabricatis ſingulorum
milium globi reperiantur. Scribit Plynius anguillas in
Gange repetiri tam inuſitata magnitudine, vt tricenos Ganges
pedes impleant. Cuius teſtimonium confirmat Soli-
nus Aelianus apud Volaterranum ſcribit in Timauo op
timas, ac præpingues capi. Alij palmam lacui Vulſinien
ſi tradũt. Scribit Plutarchus in Timoleone in limoſis lo
cis iuxta Syracuſas ingentem anguillarũ multitudinem Syracu-
paſci, adeo vt piſcari volentibus lata adſit præda. ſæ

25 Auratis piſcibus.

ℭ Aurati piſces ſunt, qui a Græcis Chryſophries appel-
lantur. in maris refluxu frequentes veniũt ad actiũ Epy-
ri oppidum, ibiq; in locis arenoſis ad ſubnaſcentium ar-
borum radices & latebras occultantur, & a peritis facile
capiuntur. Horum piſcium viuaria primus inſtituit Ser-
gius Orata. nomen inde conſecutus.

26 Anthijs piſcibus.

ℭ Anthiæ ſunt piſces naſo adunco, teſtndineo corpore
qui pennas habent, quas auium more, & volanti ſimi-
les pandunt. Reperiũtur autem in mari rubro, lupi ma- Mare
gnitudine. Sunt & frequentes prope Cheledonias inſu- rubrum
las aſiæ.

27 Aſteriadibus.

ℭ Aſterias auis eſt docilis humanæ vocis, & verborum Aegy-
imitatrix, quam plurimam habet ægyptus. ptus

28 Aſpalacis animalibus.

ℭ Aſpalacus eſt animal, quod ſola Bœotiorũ terra fert. Bœotia
Aqua tranſlatum ſtatim perire dicũt. Frequens eſt tamẽ
apud Orchomenios.

29 Alcibus.

ℭ Alces ſunt animalia, figura & pellibus capris ſimilia
verum maiora aliquãto. Crura habẽt ſine nodis & arti-

Universidad de Deusto Biblioteca



culis, Quare arboribus ſtantes adhærent in ſomno. Re/
Germa nia periuntur in ſyluis germanorum.

30 Alumine.

ℭAlumen dicitur terræ ſalſugo, a lumine ꝙ lumen co/
loribus tingendis præſtet. Inuenitur nigrum, & album,
Aegy/ ptus liquidum, & ſpiſſum. Inuenitur in Aegypto, ac in Me/
lo inſula, & Macedonia. Volaterranus ait fodi in Ethru
Melo Ethru ria ria, in agro Maſſano & Volaterrano.

31 Acacia herba.

ℭAcacia herba eſt, membris medens luxatis, quæ naſci
Cappa/ docia. tur in ægypto, Cappadocia, & Ponto.

32 Aconito.

ℭAconitum herba eſt, quæ ( vt fabulantur poetæ ) ex
Aco Cerberi ſpuma venenum contraxit eff caciſſimum, quo
tempore Hercules monſtrum ab inferis ad ſuperos edu
xit. Aliqui dictum putāt ab Acone portu Heracleæ, qui
prouētu malorum graminum vſque adeo celebris fuit,
vt noxiæ herbæ Aconita illic nominata ſint, licet alias
deriuationes ponant plurimi. Volaterranus ait naſci in
Italia Italia.

33 Alypio herba.

ℭAlypium herba eſt fruticoſa & ſubruffa, flore nigro,
Africa quæ naſcitur in maritimis africæ.

34 Aneſo herba.

ℭAneſum ſemen eſt apio ſimile vim habens calefacto
Syria riam Frequens eſt in Syria.

35 Arinea fruge.

Arinea ℭArineam Volaterranus inter fruges enumerat, quam
Gallia ait frequentem eſſe in Gallia & Italia.
Italia

36 Aloſis

ℭAloſæ piſces ſunt oblōgi, de genere Clupearum, qui
alio nomine Chryſſæ dicuntur. Ferūt laudatiſſimas eſſe
Tybris in Tyberi.

37 Aloe.

ℭAloe herba eſt ſucci amariſſimi. Vnde Iuuenalis. Plus
India Aloes, q̄ mellis habet. Naſcitur in India plurima. Eius



quoq; Gummi venit etiam ex arabia & aſia ad conglu/ Arabia
tinanda vulnera vtiliſſimum.

38 Aſphalto frutice

ℭAſphaltus frutex eſt ſpinoſus & odoratus, quo vtun/
tur vnguentarii, ad vnguentorū ſuccum. Naſcitur apud Iſter
Iſtrum & Niſyrum in Syria & Rhodo. Niſyrus

39 Agarico

ℭAgaricum frutex eſt itidem odoratus, frequens in ci/ Cilicia
licia, & apud Sarmatas.

40 Achate gemma

ℭAchates gemma eſt vario colore, partim retinens la/ achates
pidis vitreum, partim Sardi ſanguineum, partim Sma/
ragdi fulgidum. Dedit autem nomen Achati fluuio Sici
liæ, ꝙ frequens ibidem re eriatur.

41 Artificibus.

ℭPlynius lib. 6. de Meroe loquens, Cæterum (inquit) Meroe
quum potirentur rerum Aethiopes, inſula ea magnæ
claritatis fuit. Tradunt armatorum. 200. milia dare ſoli/
tam, Artificum. 4. milia alere.

42 Alabaſtro

ℭAlabaſtrum genus marmoris perlucidi, quo antiqui/
tus vaſa fiebant vnguentaria. Naſcitur autem in India India
circa Thebas ægyptias, & Damaſcum Syriæ. Habebat
& Sparta viride cunctis hilarius. Dicimus & alabaſter.
Cice. libro ſecundo Quæſt. Acad. Quibus etiam alaba/
ſter plenus vnguenti putere videtur. Item alabaſtrites.
Plynius libro trigeſimoſexto. Hunc aliqui lapidem ala
baſtritem vocant, quem cauāt ad vaſa vnguentaria. De
alabaſtro Marti. lib. 11. Quod Coſmi redolent alabaſtra
fociq; deorum.

43 Auripigmento.

ℭAuripigmentum foditur in Syria ad vſum pictorum, Syria
in ſumma tellure, auri colore, ſed fragili, lapidum ſpecu
larium modo. autor Ply. lib. 33. cap. 4.

44 Aliȷs rebus.

ℭAmaranthum Plynius libro decimoſeptimo. ait lau

Universidad de Deusto
Biblioteca



datiſſimum naſci in India,& in Syria. Arctionem her/
bam reperiri in Creta. Amphitanem gemmam in India
Acerem arborem in Iſtria. Abietem in Vogeſo monte,
Corſica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Sunt & abietes
in Cypro. 130. pedum longitudinis. Craſſitudinis vero
ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones
ſingulis abietibus cauatis nauigant, quarum quædam
30. homines ferunt. Alica ſpecies eſt panis, quam ex Pi/
ceno probat Ply. Ambrotonum herbæ genus, laudatiſ/
ſimum habet Sicilia, deinde Gallia. Amaracum Cyprus.
Accipitres Maſſilia. Aſſarum vnguentum, Pontus, &
Phrygia.

Loca diuerſis rebus abundantia.

De litera. B.

1 Vxis, Cytorus, Olympus, Pyrenæi, Corſica, aſpagones.
2 Baccis fructibꝰ, Sicyō, Idume, aripæi populi.
3 Baccis gemmis, Ganges.
4 Bombyce, Orontes, aſſyria, arabia.
5 Beluis, Oceanus, Dyardenes.
6 Bobus, Celaduſa, Taurominium, Phœnicia, Cam/pania.
7 Balſamo, Iudæa.
8 Bitumine, Is vrbs, aſphaltites, Soſingites, Babylon, Nympheus.
9 Beryllis, India, Phœnicia.
10 Byſſo, Iudæa, Elis.
11 Bulbis, Megaris, baleares, inſulæ, Ebuſus inſula.
12 Balenis, Indicum mare.
13 Balauo, Troglodytæ.
14 Biſontibus, Scythia, Germania.
15 Bubalis, africa.
16 Bonaſis, Pæonia.
17 Alijs rebus, alia quædam loca.



1 Buxis.

CYtorum Paphlagoniȩ, Olympum Macedoniȩ, Cytorꝰ
Pyrenæos item & Corſicā Buxis abundare do/ olympꝰ
cet Ply. li. 6. Cap. 17. Buxus inquit plurima Pyre Pyrenȩi
næis, ac Cytoro montibus, ac Berecynthio tractu. Craſ/ Corſica
ſiſſima in Corſica florē non ferendo. Hæc in Olympo
Macedoniæ gracilior, ſed breuis. De Cytoro, Virgi. li. 2.
Georg. Et iuuat vndātem Buxo ſpectare Cytorum. Ca/
tullus. Nam Cytorio in iugo loquente ſæpe ſibilum edi
dit coma amaſtri Pōtica & Cytore buxifer. Amaſtris no
men eſt vrbis eidē monti vicinæ. Propterea pectē (quo
diſcernuntur & comuntur capilli) proprio Epitheto ap
pellatur Cytoriacus, quod Buxo fiat, quā in Cytoro fre
quentem eſſe diximꝰ. Oui. lib. 4. Meta. Sæpe Cytoriaco
diducit pectine crines. Politianus in albiera compta Cy
toriaco eſt pectine viſa venꝰ. Aſpagones populi ſunt in
India, quos Ply. lib. 6 Cap. 1. ſcribit Vitis, Lauri, Buxi, &
pomorum omnium eſſe fertiles.

2 Baccis fructibus.

Bacca dicitur fructus Lauri, Oliuæ, Myrti, & aliarum Sicyon
eiuſmodi arborum, quo Sicyonem vrbem achaiæ abun
dare docet. Ouidius libro quarto de ponto, dicens. Afri
ca quot ſegetes, quot Tmolia terra tacemos, Quot Si/
cyon baccas, quot parit Hybla fauos. Item Politianꝰ in
Ruſtico, Et meditata nouos Sicyonia bacca ſapores.
Virgilius libro ſecundo Georgicorū. Venit hyems, teri/
tur Sicyonia bacca trapetis. Idume vrbs Syriæ, Baccis Idume
& arboribus baccas ferentibus abundat. Pontanus de
hortis Heſperidum. Quæque & Idumæas mittunt pal/
maria baccas. Arimpæi populi ſunt vltra Riphæos mon
tes, apud quos tanta eſt baccarum copia, vt illis etiam
viuant.

3 Baccis gemmis.

Eſt & Bacca nomen Gemmæ frequētis apud Gāgem
Indiæ fluuium. Pontanus in Lepina. Dona ferunt auro Ganges
grauida, & gangetide bacca.

Universidad de Deusto Biblioteca



### 4 Bombyce.

ℭBombyx dici poteſt ſubtiliſſima tela, quam eiuſdē
nominis vermes in India conficiunt Aranearum more.
Orōtes Reperitur autem apud Orōtem fluuium laudatiſſima.
Solmonius. Alter Orontça radiat ceruice decorus. Alte
rius roſea fronte coruſcat Onyx, Bap. Pius libro tertio.
Elegi. vſus eſt in maſculino genere dicens. Protegit ob/
ſcurus radiātia tempora Bombyx. In hoc Propertium
Aſſyria imitatus. Plynius laudat Bombycem aſſyriam, qua viri
fœminis ceſſerunt, quum viros etiam non puderet, has
veſtes induere propter onera æſtiua. In tantum (inquit
ille) a lorica geſtanda diſceſſerunt mores, vt oneri ſint
Arabia veſtes. Arabia (quam ab omnium deliciarum vberta/
te felicem vocamus) Bombyce quoque abundat. Pro/
pertius libro ſecundo. Nec ſi quæ arabia lucet Bomby/
ce puella, Hinc Bombycinæ vocantur veſtes illæ mol/
liſſimæ. Iuuenalis. Cuius Delicias & panniculus Bom/
bycinus vrit.

### 5 Beluis.

ℭHoratius libro quarto. Carminum vocat mare Bel/
uoſum a beluarum (quibus abundat) multitudine, vbi
Ocean⁹ ait. Te Beluoſus, qui remotis obſtrepit Oceanus Britan
Dyar/ nis. Dyardenes fluuius (inquit Curtius libro ſeptimo.
denes. de geſtis Alexandri) minus celeber auditu, quia per vlti
ma Indiæ currit. Cæterum non Crocodilos modo, vt
Nilus, ſed etiam Delphines, ignotaſq; alijs gentibus bel
uas alit.

### 6 Bobus

Celadu ℭCeladuſam Ply. lib. 3. cap. 26. facit inſulam Meſiæ in/
ſa tauro tra Surium, bobus & capris laudatā. Taurominiū mons
miniū. eſt Siciliæ bobus plurimis abundās, qui propterea Tau/
rominitani dicuntur, vt Carybdis Taurominitana Aelia
Phœni nus apud Volaterranum ſcribit boues eſſe in Phœnicia
cia & a/ tanta magnitudine, vt a ſtantibus mulgeantur. Idem ait
lia loca apud mare rubrū boues cornibus flexibilibus eſſe, apud
Myſos ſine cornibus naſci, in India curſu cum equis cō/
tendere



dere publico ſpectaculo. In Lybia boues eſſe agreſtes
quis non inferiores curſu, apud Crathera, item Clitun/
um Vmbriæ fluuium armēta ex nigris alba fieri. In Eu/
oia omnes fere boues albos naſci. Tauros æthiopum
greſtes cornua aurium modo mouere. Cāpania albos cāpania
exiles gignit. Vmbria vaſtos. Etruria albos & ad ope/
fortes. Apœninus vegetos, ac labori aptiſſimos.

### 7 Balſamo,

ℭBalſamum arbuſculà eſt Aromatica, cui⁹ lignum xy/
obalſamum, ſuccus opobalſamum, dicitur. Plynius lib.
2. Omnibus inquit odoribus præfertur Balſamum vni
erram Iudææ conceſſum. Producitur & in valle Syriç, Iudæa
bore mali punici magnitudie, Ramis multis, folio ru/
ſimili, candido tamen & perpetuo virente. Fructu ſi/
ili Terebintho.

### 8 Bitumine.

ℭIs vrbs eſt diſtās a Babylone itinere octo dierū apūd
am fluuius eſt eiuſdem nominis, ex quo Bitumē toti
abyloni quondam ſubminiſtrabatur. De Aſpaltite Sy/ Aſphal/
æ lacu Plynius libro. 27. Quin & bituminum (inquit) tites
uax alioqui & lenta natura in lacu Iudçæ, qui voca/
r aſpaltites, certo tempore anni ſupernatans, nequit ſi
auelli, ad omnem contactum adherens, præterquam
o, quod tale virus infecerit. Item libro ſecundo Ni/
l inquit in aſpaltite Iudææ (qui bitumen gignit) mer/
poteſt. Et libro quinto Aſphaltites nihil præter Bitu/
en gignit. Ammianus Marcelinus libro. 22. Citra om/
es (inquit) propinqua eſt nobilis Aſſyria, Nunc omnis
ppellatur Syria, vbi inter baccarum, vulgariumq; abun
ntiam frugum, Bitumen naſcitur prope lacum Soſin/ Soſingi
em, cuius alueo Tygris voratus fluēſq; ſubterraneus tes
rcuſis ſpacijs longis emergit. Inter cætera laudat Bi/
men illud, quo Semiramis coctiles Babylonis muros Babylō
nſtruxit, Vnde Ouidius libro quarto Meta. vbi dicit
am Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis vrbem. Ri/
dus Bartholinus libro ſeptimo Auſtriados. Ille Semi

Universidad de Deusto
Biblioteca



ramio calefacta Bitumine tela Torquet in aduerſum.
Nym- Nympheus mons eſt ardens,cuius crater Bitumē egerit
pheus omni bitumine dilutius.

9 Beryllis.

Beryllus lapillus eſt pallidus & tranſparens Smarag-
do ſimilis,qui ſemper ſexágula figura , artificum opera
politur,quoniam hebeſcit,niſi color repercuſſu angulo
rum excitetur,Vnde Iuuenalis Saty.5.Beryllos inęqua-
les vocat,vbi ait.Ipſe capaces Heliadum cruſtas,& inæ-
India quales Beryllos Virro tenet Phialas. Beryllos india gi-
Phœni gnit,raro alibi repertos,præterquam in Phœnicia,vbi
cia etiam adinueniuntur.

10 Byſſo.

Byſſus dicitur genus lini ſubtiliſſimi,quo præcioſiſſi
mæ fiunt veſtes,quę Byſſinæ appellantur. Byſſus in Iu
Iudęa dæa præcipuus naſcitur,teſte Ioſepho.Secundus in Eli-
de Græciæ ciuitate,colore inferior Iudaico , ſed tenui-
tate præſtantior.

11 Bulbis.

Bulbus a Romanis dicitur Allium agreſte. Alij Alliū
marinum vocant. Caulem & folia habet Lilio ſimilia.
Venerem excitare fertur.Martialis in Diſtichis.Quū ſit
anus coniunx,& ſint tibi mortua membra , Non aliter
Bulbis quam ſatur eſſe potes.Nec aliam ob cauſam bul
bos ſalaces vocat libro tertio dicens.Sed nihil Erucæ fa
ciunt,bulbiq; ſalaces.Columella libro vndecimo Quæ-
Mega- que viros acuunt,amantq; puellas,Iam megaris veniāt
ris genitalia ſemina Bulbi. Bulbi Megarenſes præcipuam
obtinent palmam,quos propterea cato Megaricos vo-
cat & multum celebrat,teſte Plynio libro.19.cap.quin-
to.Idem Plynius ibidem ait,Bulbos ſponte naſci & co-
pioſiſſime in Balearibus,Ebuſoq; inſulis , ac per Hiſpa-
Balea- nias,Poſt hos in Africa nati maxime laudantur ſed & in
res præneſtinis campis ſponte naſcuntur,ac ſine modo , in
Ebuſus Remorum aruis.

12 Balenis.



Balenas alit Indicum mare quintuplo Elephantis ma- Indicū
gnitudinem excedentes.Plynius lib.9.cap.3.ait quaſdā mare
reperiri quaternum iugerum.

13 Balano.

Balanus arbuſcula eſt,ſeu herba vnguentaria & aro-
matica,frequens in Troglodytis,Thebaide & arabia. Troglo
dytæ

14 Biſontibus.

Biſon animal eſt deforme iubarum prolixitate,& re-
liquo corpore,De quo Martialis libro primo Illi ceſſit
ferox Bubalus atq; Biſon.Et alibi. Turpes eſſeda quod
...uint Biſontes Hoc animal gignit Scythia & Germa- Scythia
nia,quæ tamen fructuum inopia pauciſſimis abundat Germa
animalibus. nia

15 Bubalis.

Bubalus animal eſt ceruicem habens vitulo ſimilem
vnde & nomen ſumpſit.Reperitur autem in africa. Africa

16 Bonaſus.

Bonaſus animal eſt iuba equina,cætera tauro ſimilis
Cornibus inter ſe adeo reflexis vt pugnæ ſint iutilia.Gi
gnitur hoc animal in Pæonia,& monte Meſapo. Vola-
terranus ait Boſanorum venationem hodie cerni in Lu
...nia,Habet Buccardiam gemmam Babylon . buteo-
nes aues,Baleares inſulæ.
Bedelium arborem Scanthrum mons Scythiæ.

Loca diuerſis rebus abundantia.

De litera C.

CRoco,corycus,cilicia,Lycius,Olympus, Ti
molus Sicilia.
Canibus,canaria,amiclę,Moloſſia,Epyrus,
Vmbria,Sparta,Melita.
Creta,creta,cymolus.
Crocodilis,Nilus.Indus,Bambotus.Darat.
Cannabe,Scythia.
Capris capraria,cinyphs,Fortunatæ inſulę africa,Sy
ria,caſpia,Sardinia.

7 Corylis, Auella.
8 Cupreſſis, Ida, Creta, Cyllene, Erymanthus, Lyceus Cypariſſus, Aſcalon.
9 Coſto, Arabia, India, Syria, Patale, Perſis.
10 Caſeis, Luna vrbs, Veſtini, Trebula.
11 Culicibus, Meſopotamia.
12 Cynnamis, Panchaia, Arabia, Pangæus,
13 Calamis ægyptus, Gnydos, anethicus, Nigris, India Rhenus.
14 Cæra, Hymettus, Hybla, Mantua.
15 Columbis, Chaonia, Dodona, Syria, Pęonia, Illyria
16 Conchis, Lucrinus. Bibaga, Mare rubrum.
17 Cochleis, Mare rubrum.
18 Cedris, libanus.
19 Cycnis, Cayſter, Anglia.
20 Chalybe, Norici.
21 Ceraſtis, Lybia.
22 Chelidris, Calabria.
23 Coloſſis, Rhodos.
24 Crateribus, Corinthus.
25 Citro Mauritania, Atlas.
26 Cæpis, cumæ.
27 Colocaſia, Aegeptus.
28 Corruda, Germania.
29 Carduis, Hiſpania. Carthago.
30 Cappari, Alexandria,
31 Conſerua, alpes.
32 Caſia, Arabia
33 Ceraſis Ceraſus vrbs.
34 Cotoneis malis, cydon.
35 Cancris, Phœnicia.
36 Cuniculis, Baleares.
37 Calceamentis, Sycion.
38 Chryſocolla, cyprus
39 Coticula gemma Tmolus.
40 Carbunculis, india.



Calce, Tybur.
Cotono, Calabria, Maltha, Syria.
Carpionibus, Bænacus.
Cocco Aſia Valentia.
Chalbana, Syria.
Cercopythecis, Traxila.
Callitrichibus, æthiopia.
Cynoproſopis, æthiopia.
Catoblectis, africa.
Chenalopœcibus, Britannia.
Cinnamulgis, arabia.
Cephalis piſcibus ſcephalenides
Cytharedis piſcibus, Mare rubrum.
Coronis, Elis,
Caſtaneis, Petragorici, Tarentum.
Cetis, Arabia.
Alijs rebus diuerſa loca.

### 1 Coco.

Corycus oppidũ eſt ciliciæ, vbi crocus naſcit̃ rara bonitate & felicitate, qui propterea coricius vocatur. Horat. libro. 1. Sermo. Corycioq; croſparſum ſtetit. Ply. libro. 21. Prima nobilitas inquit, cilicio croco, & ibi in coryco monte, deinde Lycio monte Olympo, mox centuripino ſiciliæ, aliq Phlegræo ſecundum locum dedere. Virgil in Battarum, Et hic cilico crocus editus aruo. Item Martialis libro primo Feſtinate arabs, feſtinauere Sabęi, Et cilices nymbis hic madue ... fluis Proper. libro quarto Terq; lauet noſtras ſpica cilicia comas. Luca. libro nono Vtq; ſolet pariter totis ſe ... ndere ſignis corycij preſſura croci. Martialis libro ... decimo Vltima corycio quæ cadit aura croco. Item ... gilius. Portus, Madidus croco cilix feruſq;, Sarmata. ... Tmolo quoq; monte ciciliæ, vel (vt aliis placet) Ly... croci & quidem optimi copia eſſe memoratur. Vir... lius lib. primo Georg. Nonne vides, croceos vt Tmo...

Coryc⁹ Cilicia
Lycius Olympus.
Tmol⁹



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



lus odores,India mittit ebur molles ſua thura Sabæiſ
De hoc intellexit Lucretius lib.ſecundo dicens. Et quũ
Sicilia Scęna croco cilici perfuſa recens eſt.Habet & Sicilia cro
cum præſtantiſſimum , licet corycio fortaſſe villiorem
Vnde Statius libro ſecundo Syluarum.Et tenues Arabũ
reſpirant gramine ſyluæ,Sicaniiſq; crocis.Idem libro.5.
Nam ſicanij non mitius halat aura croci.

2 Canibus.

Canaria ℂCanaria vna eſt earum inſularum , quas fortunatas a
rerum copia vocamus.Hæc a multitudine canum ingẽ/
tis magnitudinis nomen ſumpſit.. Autore Plynio libro
Amy/ ſexto.Amyclis(quæ ciuitas eſt Laconiæ) canes optimi
clæ fuiſſe dicuntur Virg.libro tertio Georgi.Armaq; amy/
clæumq; canem creſſamq; pharetram. Politianus in Ru
ſtico.Stant ſedula circum Turba canes,audaxq; Lacon,
acerq; Moloſſus, Bap.Pius libro tertio Elegi. Si iuuat
audaci luſtra Lacone ſequi.Franci. Mirandula in Hym/
nis.Nectere odori ſequos loris eſſueta Laconas.
moloſ/ ℂMoloſſia quoq;,& Epyrus partes ſunt Laconæi opti/
ſia mis canibus abundantes,Virg.in Culice.Illum ſcylla ra/
Epyrus pax canibus ſuccincta Moloſſis.item Horatius libro ſe
cundo Sermonum ſimul domus altas Moloſſis. Perſo/
nuit.canibus.plautus in captiuis.Quando iure redierũt
Moloſſi.De Epyruticis.Varro libro ſecũdo de re Ruſti.
capit.nono.Itaq; a regionibus(inquit) appellantur La/
cones,Epyrotici,ſalamantini. Tanta fuit huius loci ca/
nũ bonitas,vt apud ſuos ſepulchra meruerit.Vnde Stro
za filius.Suos de more Moloſſa vetuſto condit terra ca
Vmbria nes,cineres nec lædit opertos.Celebrantur & canes vm
briæ quæ eſt pars italiæ.Syllius libro tertio.Ceu pernix
quum denſa vagis latratibus implet venator dumeta
Lacon,denſa erigit vmber Nare ſagax e calle feras. Se/
neca in Hippolyta commẽdat ſpartanos,vbi ait.At ſpar
Sparta tanos (genus eſt audax Auidumq; feræ ) Nodo cautus
pro priore liga.
Melita ℂIn Melira inſula(quæ eſt inter corcycam & Illyricũ



a)canes ſunt admodum parui, qui habẽtur in delicijs
eo vt mulieres maiorem illis,quam maritis habeant
onorem Hinc adagium.Canis Melitæus,quum qs ad
oluptatem nutritur,non vtilitatem. Plynius in fine ter
inter corcyram(inquit) & Illiricum Melita.Vnde ca/
los Melitæos appellari callimachus autor eſt.

3 Creta.

ℂCreta dicitur tenax quædã terra,qua fullones in ab/ Creta
endis maculis vti conſueuerunt.Omnium præſtantiſ/
a fuit in creta inſula,a qua nomen traxit. Hac etiam
idat cymolus inſula,quæ propterea cymolia dicitur Cymo/
ius duo eſſe genera ſcribit Ply.lib.36.cap.16.Candi lus
m ſcilicet & ad purpuriſſimum inclinans. Creta quan
q; vtuntur Figuli.Vnde Varro libro tertio de re Ruſt.
glinam vocat.At quot extat vlcus (inquit) figlina illã
nt creta.Figularem Colu.libro ſeptimo,& cymoliã
a cymolia ex aceto linas,inquit.item. Solet etiã ip/
m animal,viuum creta figulari circundari.

4 Crocodilis.

ℂCrocodilus animal eſt quadrupes, ex ouo in miram
creſcens magnitudinem,vt qui duos & viginti cubi/
impleat.Quatuor menſes hyemales non comedit,
ngua caret,viuit in terra,& in aqua. Crocodilis autẽ
dat imprimis Nilus.Vnde Plynius libro octauo cro/ Nilus
dilum(inquit)habet Nilus,quadrupes malum,& ter/
pater , ac flumine infeſtum Bap.Pius lib.quinto Ele/
Nilicolamq; feram cautus crocodilon Ichneumõ di
et,Martialis lib.tertio cui comparata rictib9 tuis ora
acus habeat crocodilus anguſta.Ombitæ populi in Ombi/
gypto hoc animal adorant , eiq; ſacros dies faciunt, tes
lætantur liberos ſuos ab eo deuorati , Habet indus
ius crocodilos , Vnde Herodotus. Is inquit cupi/
cognoſcendi , vbi nam Indus , qui ſecundus om/
m fluminum crocodilos præſtat,mare influat.Plyn.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Bābot⁹ libro quinto Capi. 1.ait Maritaniæ flumen Bambotum
Crocodilis,& Hippotamis refertum, Idem quoq; teſtis
eſt in flumine(cui Darat nomen)Crocodilos gigni.

5 Cannabe.

℄ Cannabis herba eſt,qua fiunt funes,ꝓpterea Can
Scythia nabini dicuntur Columellæ,Lac abūdat Scythia,vnde
Herodotus.Naſcitur(inquit)apud Scythas Cannabis Li
no ſimillima,præterquam craſſitudine,& magnitudie.
Plynius libro.16.ait Canabem agri Sabini æquare arbo
rum altitudinem.

6 Capris.

℄ Capraria inſula ( quam Græci ægilon dixere autore
Capra/ria Plynio)a multitudine caprarum nomē indepta eſt,Iux/
cinyphs ta Cinyphem fluuium,Capras eſſe inuſitate magnitudi
nis docet Plyn.Vnde etiā Pontanus. Iure cui Marſi inui
deant,& ipſi Cinyphes hirci,Politianus in manto.Aſpe
ra Cinyphiæ carpant dumeta capellæ.Capras optimi la
Fortu/natę iſulæ ctis feraces habent fortunatæ inſulæ. Vnde Hora. Illic
iniuſſæ veniunt ad mulctra capellę,Refertq; tenta grex
amic⁹ vbera.Calliſthenes apud Volaterranum teſtis eſt
Africa capras eſſe in parte africę,villis tonſilibus ex quib⁹ nau/
tæ rudentes conficiāt.Capræ Syriæ magnam vim lactis
Syria egerunt,vnde natum adagium,Capra Syria.De eo,qui
multam effert vtilitatem.In regiōe Caſpia naſcuntur ca
Caſpia præ equi magnitudine,ſine cornibus,colore albo,quæ
longo villo,ac molliciе lanis certāt Mileſiis,vnde ſacer
dotes,& Caſpiorū ditiſſimi veſtes conficiunt. Nympho
dorus apud Volaterranum teſtis eſt in Sardinia tantam
eſſe caprarum multitudinem,vt earum pellibus pro ve
ſtimentis vtantur incolæ,cōuerſis introrſum hyeme vil
lis æſtate vero aduerſis.

7 Corylis.

℄ Corylis(quæ ſunt arbores nuciferæ) abūdat vrbs cā/
paniæ auella nomine , vnde nuces Auellanæ dicuntur,
Auella quæ & Pōticę.Cato de re Ruſt.Nuces caluas auellanas
Præneſtinas,& græcas.



8 Cupreſſis,& Cypariſſis.

℄ In Ida monte Phrygiæ multas eſſe Cupreſſos docet Ida
Plynius libro decimoquinto,cap.34. Et Mantuanus in
Septembri,dicēs.Nunc in Taygeto,Cupreſſifera vel in
Ida Poma dabant epulas,Idem de bello Veneto. Atq;
Cupreſſiferæ ſtrepitum nemus horruit Idæ. Plynius ait
Cupreſſos in Creta optime naſci. Mantuanus in Epi/
gram. Ida funebrem peperit Cupreſſum.Cyllene mons Cyllene
Arcadię eadem ratione Cupreſſifera vocatur ab Ouid.
libro quinto Faſtorum,vbi ait.Hæc enixa iugo Cupreſ/
ſiferæ Cyllenes.Item Mantuanus libro tertio. de Cala.
Temp.Nec Cupreſſiferā Cyllenem aſpicit Hermes.Ha/
bet & Cupreſſos Erymantus mons arcadiæ. Ouidius in Erymā/thus
Epiſtola Deianyre ad Herculē , vt Tegęus aper Cupreſ/
ſifero Erymantho incubat.De Lyceo monte itidem Ar
cadiæ,Sydonius,Quārum non cyparifer Lycæus,Quā/ Lycæus
tum non nemoroſa tollit Oſſa.Cypariſſus ciuitas eſt in
Parnaſo iuxta Delphos,quæ ab eius arboris frequentia
meruit nomē Homerus apud Volaterranum.Cipero ar
bore abundat Aſcalon vrbs Iudæę,& canopus hoſtium Aſcalō
Nili,ſeu vrbs Aegypti. Naſcuntur etiam cupreſſi in Co
inſula,Autore Plynio.

9 Coſto.

℄ Coſtus in fœmineo,ſeu coſtum in neutro genere ar/
buſcula eſt quædam aromatica. Reperitur & in Maſcu/
leo.Excellit autem Arabicus,albus exiſtens & leui pon
dere,probi odoris. Secundam laudē habet Indicus,qui Arabia
leuis eſt.Tertiam Syriacus colore Buxeus,odore graui. India
Pontanus li.4.de Stellis.Sparge ſuper,nec parce Arabo Syria
redolentia Coſto Fundere dona manu. Lucanus lib.9. Patale
Et Thamarix non læta comix,Eoaſq; Coſtus. Laudatur Perſis
& perſicus,vnde Horatius libro.3. Nec Phalernæ vites,
Achæmeniumq; Coſtum.Plynius lib.12.cap.12.ait opti
mum coſtum reperiri in Patale indorum inſula.De ara/
bio & aliis Pontanus li.2.Tumulorum. Pro viola Por/
rum,pro thure,atq; arabe coſto,cæpa datur.Idem lib.2.

Universidad de Deusto Biblioteca



de laudibus diuinis. Vre puer coſtum Aſſyrium redolen
tibus aris. Idem in verſibus Lyricis. Indicum & coſtum,
Armeniiq; felix gramen Amomi.

10 Caſeis.

Luna ¶ Lunæ vrbis Ethruriæ caſeos commendat Martialis
in Apophoretis, dicens. Caſeus Ethruſcæ ſignatus ima/
gine Lunæ, Præſtabit pueris prandia mille tuis. Apud
Veſtini Veſtinos Italiæ populos, caſei quoque fiebant laudatiſ/
ſimi Autore Plynio, & tanto quidem precio, vt car/
nium loco haberi poſſent. Martialis. Si ſine fruge voles
ientacula ſumere frugi, Hec tibi Veſtino de grege maſ/
trebula ſa venit. In Trebula agri Reatini oppido caſei itidem
fiebant optimi. De quibus Martialis. Trebula nos ge/
nuit, commendat gratia duplex. Siue leui flamma, ſiue
domamur aqua.

11 Culicibus.

¶ Ammianus libro decimooctauo. At vbi (inquit) Sō/
lis radiis exarſerit tempus in regionibus, æſtu ambuſti;
vapore ſyderis, & magnitudine culicum agitātur, quo/
rum agminibus per eas terras referta ſunt omnia. De
Meſo/ Meſopotamia.

pota/ 12 Cynnamis.

mia ¶ Cynnamum arbuſcula eſt aromatica odore pręſtans,
& ad vnguenta mire efficax, Frequens eſt autem in Pan
pāchaia chaia. Ouidi. libr. decimo Metamorpho. Sit diues Amo
mo, cynnamaq;, coſtumq; ſuam, ſudataq; ligno Thura
Arabia ferat, floreiq; alios Panchaia tellus. Abundat & Arabia
cynnamo, vnde Seneca in Oedipode. Cynnamis ſiluas
Arabū beatas vidit. Propertius lib. 3. Et Tyros Oſtrinos
præbet cadmæa colores, cynnamō & multi paſtor odo
Pāgęus ris Arabs. Pangæus Thraciæ itidem. Claudianus de Nu/
ptijs Honorij & Mariæ. Hic caſiæ matura ſeges, Pāgęaq;
ſurgunt cynnama.

13 Calamis.

Aegy/ ¶ Calami apti chartis ex Aegypto mittebantur, qui co/
ptus gnationem quandam cum Papyro habebant. Sed Gny/
gnydos



dii ex creta pręſtātiores ſunt autore Plynio, quāuis hoc
Gnydo inſulæ Veneri ſacre nonnulli tribuāt. Naſceban/
tur item ad eundem vſum in Aſia ad anethicum lacum.
De Aegyptiis Martialis. Dat chartis habiles calamos
Memphitica tellus. Apuleius lib. 1. Meta. Modo ſi papi
rum Aegyptiam argutia Nilotici calami inſcriptam nō
ſpreueris Nigri Aethiopum fluuio, eadem natura, quæ Nigris
Nilo calamum & papirum & eaſdem gignit animātes,
iiſdemq; temporibus augeſcit, Autor Plynius lib. 5. c. 8.
Calami Aromatici naſcuntur in india. Commendantur India
qui ſunt fuluo colore, valde geniculati & vicoſi. Plyniꝰ
ait ibidem reperiri calamos arboreę amplitudinis. Idem
Autor ait nullum eſſe calamum ſagittis aptiorem, quā
qui naſcitur in Rheno Bononienſi fluuio, cui plurima Rhenꝰ
ineſt medulla. Commendantur & cretici, & qui circa
Aceſinem fluuium maxime naſcūtur. Vide Plyn. ipſum
libro. 16. cap. 17.

14 Cæra.

¶ Hymettus mons Atticæ, & Hybla Siciliæ propter Hymet
apum ibidem mellificantium multitudinem cæra abun tus
dant, Quintianus in cleopoli. optima cæra ſuum per ru/ Hybla
ra emittit odorem. Qualis in Actæo redolet flauiſſima
campo, Vel qualem ſiculas memorāt diffundere terras:
Ouidius li. 10. Meta. Vt Hymettia ſole cæra remolleſcit,
tractataq; pollice, multas flectitur in facies. Politianꝰ in
Ambra. Gaudebat calamos Hyblæis iungere cæris. Mar
tialis lib. 5. Quod Atticarū prima mella cærarū. Ponta/
nus in Eridano commendat cæram Mantuanā, vbi ait. Mātua
Electro felix, felix Mantoide cæra Eridanus.

15 Columbis.

¶ Chaoniam partem Epyri, & Dodonam chaoniæ ſyl/ Chaōia
uam columbis abundare ſequentia docent teſtimonia.
Virgi. Quantum chaonias dicunt aquilam veniente co/
lumbas. Ouid. li. 2. de arte. Quaſq; colat turres, chaonis
ales habet, Mantuanus lib. 1. Agelariorū. Dodonæaſq;
columbas, Quæ hoſpitibus reſponſa ferant. Vſus colum

Universidad de Deusto
Biblioteca



barum apud Syrios olim fuit prohibitus. Ideo illis in lo
cis tanta fuit earum copia, vt accedētium mercatorum
ora peruolarēt. Tibullus libro primo. Quid referam, vt
volucres crebras intacta per vrbes, Alba Paleſtino ſacta
Pæonia columba Syro. Tanta eſt apud Pæonios & Illyricos co/
Illyria lumbarum multitudo, vt contra eas ordine militari in
bellum exeant, quemadmodum Magneſii & Epheſii
contra locuſtas.

16 Conchis & Conchilijs.

Lucrin° ¶Lucrinus Campaniæ lacus delicatiſſimas habuit con
chas. Mar. libro. 5. Concha Lucrini delicatior ſtagni. Idē
libro decimotertio. Ebria Baiano veni modo cōcha Lu
crino. Idem. Sed cui ſolus erit concha Lucrina cibus. Ho
ratius in Epodo. Non me Lucrina iuuerint conchilia. Bi
Bibaga baga Indiæ eſt inſula, quam Plynius libro. 6 ait Oſtreis
Mare & Conchilijs eſſe refertiſſimam. Eſt & in rubro mari,
rubrū. Concharum multitudo. Vnde Polit. in Ambra Donat
Erithræis hæc plena monilia conchis. Mirandula in
Hymnis. Sedula conchæ Donat Erithrææ nitidos ex or
be lapillos.

17 Cochleis.

¶Cochlea dicitur teſta Limacis, ſeu limax ipſa. Co/
Mare chleas alit mare rubrum maximas & rubentes. Illyricis
rubrū. magnitudo præcipua. Africanis fœcunditas. Balearicæ
naſcuntur in ſpeluncis. Laudatæ etiam in inſulis Ca/
prearum.

18 Cedris.

Liban° ¶Libanus mons phœniciæ cedris abundat. Ponta.
in Stellis. Carmeliq; apices, quin & Libanitida cedrum.
Sedulius libro quarto Mirabilium diuinorum. Sem per
habens frondes, & tanquam Libana cedrus Multipli/
candus adeſt. Vbi primam dictionis Libanus produxit.
Quod imitari nollem. In Aegypto & Syria reges ino/
pia abietis, cedro ad claſſes feruntur vſi. Autor Plynius
libro decimoſexto.



19 Cycnis.

¶Cayſter fluuius eſt Lydiæ, ſardibus proximus abun/
dans cycnis. Pro. libro tertio. Si quave Olorigeri viſen/
da eſt ora cayſtri. Ouidius libro quinto Triſt. Vtq; iacens
ripa deflere cayſtrius ales, Dicitur ore ſuam deficiente
necem. Item Poli. in Epig. Haud equidem dubitem vo/
lucres ſuperare canendo. Quas aluit campis vnda cay/
ſtra ſuis. Richardus Bartholinus lib. 10 Auſtriados. Pur/
pureuſq; Aliacmon, Olorinuſq; cayſter. Volaterranus in Anglia
Geographia, vbi mores Britannorum deſcribit, ait cyc/
nos ad Tameſis ripam non minus quatuor milibus con
tinuo nutriant.

20 Chalybe.

¶Norici incolæ ſunt Alpium, apud quos autore Ply/ Norici
nio laudabiles ſunt ferri & chalybis fodinæ Hinc Hora/
tius enſem Noricum appellat, vt Bapti. pius chalybem
libro quarto Elegi. Noricus aut tenero ſtat tibi corde
chalybs.

21 Ceraſtis.

¶Ceraſtis ſerpētibus quadrigemina præferentibus cor Lybia
nua lybiam abundare, docet Lucanus libro. 6. dicens.
Aut viuentis adhuc Lybicæ membrana Ceraſtæ.

22 Chelydris.

¶Chelydrus ſerpens eſt, qui per terram ſe conuoluit,
moraturq; tam inaquis, quam in terra. Frequens eſt au/
tem in calabria. Vnde Virgilius libro tertio Georgi. Eſt
etiam ille malus calabris in ſaltibus anguis. Spuma con
uoluens ſublato pectore terga, Atque notis longā ma/
culoſus grandibus aluum.

23 Coloſſis.

¶Coloſſi dicuntur grandes & corpulentæ ſtatuæ, quæ
antiquitus diis erigebantur. Præcipuæ autem magnitu/
dinis fuerunt Rhodii, & ille omnium maximus, qui So
li ſacer habitus eſt, de quo in ſeptem orbis miraculis di/
ximus. Bap. Pius. Quiq; coloſſicolam fertur adiſſe Rho rhodos
don. Quintianus in cleopoli. Clara Rhodos proprium

Universidad de Deusto
Biblioteca



non amiſſura coloſſum eſt.

24 Crateribus.

Corithꝰ ¶ Iam docuimus quanta fuerit olim corinthii æris prę/
ſtantia. Propterea Mantuanus lib. 2. Parthenices Maria/
næ. Craterem vocat corinthium dicens. Vbi purpura cin
git Vaſa corinthiacis crateribus æmula.

25 Citro.

Mauri/ ¶ Citrus arbor eſt frequens in Atlante monte Mauri/
tania taniæ, qua precioſæ admodum menſæ fieri conſueue/
runt. De his intellexit Politianus in Ruſtico, dicens.
Nec Mauruſiacos pulchræ teſtudinis orbes Delphica ſu
ſtentat. Et Lucanus libro decimo. Dentibus hinc niueis
ſectos Atlantide ſylua Impoſuere orbes. Et Martialis li/
Atlas bro decimo. Et Mauruſiaci pondera rara citri. Mantua/
nus in Epigram. Barbaram citrum precioſus Atlas. Ida
funebrem peperit cupreſſum, Plyn. libro. 13. Atlanti cō
fines ſunt Mauri, quibus plurima arbor citri, & menſa/
rum inſania.

26 Cæpis,

Cumæ ¶ Cumas Cæpis abundare docet Columella libro de/
cimo ſcribens. Quæ pariunt veteres Cæpoſo littore
cumæ.

27 Colocaſia.

Aegy/ ¶ Colocaſia herba eſt Aegypto peculiaris. Vnde Mar/
ptus tialis. Niliacum ridebis olus, lanaſq; ſequaces, improba
quum morſu fila manuq; trahes.

28 Corruda.

Germa ¶ Corruda herba eſt quædam ſylueſtris, qua ſuperioris
nia Germaniæ campos refertos eſſe ſcribit Plynius libr. de/
cimonono. cap. 8.

29 Carduis.

hiſpāia ¶ Volaterranus ait carduos Hiſpanos miræ magnitudi
nis eſſe, pręſtantiſq; ſaporis. Plynius eos commēdat, qui
apud carthaginem, & cordubam naſcuntur.

30 Cappari.

¶ Capparis frutex eſt humi ſparſus, ſpinoſus, hami iſtar:



naſcens in locis aſperis, & grana habens mali punici gra
nis ſimilia. Optimus aduehitur ex Alexandria. Alexan

31 Conſerua. dria

¶ Conſerua herba eſt a conſeruādo nomen adepta, fre
quens in fluminibus alpium. Alpes

32 Caſia.

¶ Caſia herba eſt ſuauiſſimi odoris, & cynnamęæ virtu
tis. Naſcitur autem in felici arabia. Arabia

33 Ceraſis.

¶ Ceraſus ceraſuntis oppidum eſt Pōti, quod a ceraſo Ceraſus
rum arborum multitudine nomen ſuū traxit. Reperiun
tur etiam in Luſitania & ripis Rheni, inquit Plynius.

34 Cotonis malis.

¶ Cotoneis malis abundat cydon cræte oppidum, a cu Cydon
ius nomine cydonia aliter dicuntur.

35 Cancris.

¶ Phoenicia cancros habet littorales tantę velocitatis, Phœni
vt vix compræhendi poſſint. cia

36 Cuniculis.

¶ Plynius ſcribit tantum olim fuiſſe cuniculorum in
Balearibus inſulis multitudinem, vt populatis & corro/ Balea/
ſis meſſibus, famem incolis attulerint. res

47 Calceamentis.

¶ Sicyon vrbs fuit inter corinthum & Achaiam, in qua Sicyon
fiebant calceamenta, quæ in delicijs apud eos habeban/
tur, qui cultui corporis ſtudebant & elegantiæ.

38 Chryſocolla.

¶ Chryſocolla humor eſt in puteis per venam auri de/
fluens, Laudatior autem habetur in Aurarijs cypri. Lau/ Cyprus
datiſſima eſt in Armenia, ſecunda in Macedonia, Largiſ
ſima in Hiſpania, inquit Plynius.

39 Coticula gemma.

¶ Coticula gemma eſt, arguens cuiuſmodi, & q̄ purum Tmolꝰ
fit aurum. Aliter Heraclius, ſeu Lydius dicitur. Reperit
in flumine Tmoli Armeniæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



### 40 Carbunculis.

Carbunculus lapillus eſt, ignis fulgorem proferens.
India Laudatiſſimus aduehitur ex India, licet Carthagine &
Maſſyliæ reperiatur.

### 41 Calce.

Tybur Volaterranus ait in Tybure oppido ingentes eſſe for
naces, vbi calx effoditur.

### 42 Cotono

Cotonum verbo Gallis peculiari, eſt lana, ſeu lanu/
go tenuiſſima, mollicia, & candore excellens, qua de/
licatæ veſtes Aegyptijs ſacerdotibus quondam fiebant.
Aliter Goſſipium vocatur. Naſcitur in calabria. In in/
Maltha ſula item Maltha prope Siciliam. Sed optimum venit
Syria ex Syria.

### 43 Carpionibus.

Bænac⁹ In Bęnaco lacu (quem ab Anguillarum multitudine
commendat Plynius) nunc frequentes inueniri carpio/
nes teſtis eſt Volaterranus.

### 44 Cocco.

Coccus pro purpura ſumi ſolet. Vnde veſtes coccinę.
Martialis. Coccina famoſæ donas, & Ianthina mœchę.
Quintilianus libro primo. Nondum verba exprimit, &
iam coccum intelligit. At coccum in neutro genere gra
num eſt, ſeu frutex, quo fullonum tinctura conficitur.
Aſia Naſcitur optimum in Aſiæ partibus. Nunc omninm op
Valētia timum e Valentia Hiſpaniæ oppido aduehitur. Eſt & Eli
beris vrbs Hiſpaniæ, quæ ab eius grani copia, Grana/
ta dicta eſt.

### 45 Chalbana.

Chalbana frutex eſt odoratus, ſeu liquor ferulę, Thu
Syria ris ſpecie, Metopion aliqui vocant. Reperit in Syria.

### 47 Cercopythecis.

Cercopytheci animalia ſunt de genere Simiarum,
cauda quinum cubitorum, Barba propenſa, coma hu/
mana, alba facie, Reliquo corpore nigrantes. Verſan/
tur in montibus Indiæ apud Taxilam ciuitatem copia





quidem tanta, vt alexandro illac tranſeunti, terrorem
incuſſerint.

### 47 Callitrichibus.

Callitriches etiam ſunt de genere Simiarum. Barbā
habent in facie, & lata ſunt cauda, neq; viuunt in altero,
quam æthiopico ſolo. Aethio

### 48 Cynoproſopis. pia

Cynoproſopi animalia ſunt eiuſdem fere ſpeciei, ca/
pite, dentibus, ac pelle canibus prope ſimiles, homini/
bus reliqua Reperiuntur in deſertis Indiæ Aethiopiam Aethio
verſus. pia

### 49 Catoblectis.

Catoblectum Africa gignit tauro prope ſimilē, aſpe/ Africa
ctu terribilem ſupercilijs altis, extātibus oculis, in receſ/
ſu ſanguineis & in terram ſemp depreſſis, iuba equina,
quam ad certamen eregit.

### 50 Chenalopecibus.

Chenalopœx auis eſt minor anſere. ex Vulpis & An/
ſeris forma, aquilæ & Feli inimicus, fœtum mira cōple/
ctens charitate. Plynius ait hanc autem frequentem eſſe
apud Britannos in menſarum delicijs. Britan/

### 51 Cinnamulgis. nia

Cinnamulgus auis eſt in Arabia, quæ ī ſurculis ſui no Arabia,
minis ædificat.

### 52 Cephalis piſcibus.

Cephalus piſcis eſt a cuius frequentia Cephalenides Cepha/
inſulæ iuxta Actium oppidum nomen traxerunt. lenides.

### 53 Chytarœdis piſcibus.

Chytharœdum piſcem habet mare rubrum, cui inde Mare
nomen datum ꝙ a cauda ad verticem lineas habeat in/ rubrū.
ſtar neruorum muſici inſtrumenti diſtentas.

### 54 Coronis.

Elis vrbs fuit Græciæ prope quam celebrantur Iudi
Olympici, varijſq; coronis donabant pugiles. & Athle/ Elis
tæ. Seneca in Troade. Pharin, an Piſam Iouis & coronis
Elida claram.

Universidad de Deusto Biblioteca



55 Caſtaneis.

Petra/gorici ¶Habent Petragorici Galliæ Aquitanicę populi tantã
Caſtanearum & glandium multitudinem, vt earũ arbo/
ribus & ſyluis plena ſit regio, qui porcos pinguefaciunt
& ſaginant, Laudatiſſimum Caſtaneis patria Tarẽtum,
& in Campania Neapolis.

56 Cetis piſcibus.

Africa ¶Plynius libro.32.ſcribit Cetos ſexcentorũ pedum lõ
gitudinis, & trecentorũ ſexaginta latitudinis in flumen
Arabiæ intraſſe. Coracini piſces peculiares ſunt nilo. Ce
ruſam habet Rhodus. Cotes Taygetus & Creta. Chry/
ſtallum India. Cylindros gemmas india. Coralochatem
Creta & Oetha Cacopyritem gemmam Cappadocia.
Choa item Choaſpes Cytiſum herbam Cyclades, Ca/
prificos arbores cea inſula. Cumeres Africæ copioſiſſi/
mi ſunt & grãdiſſimi. Præcipui naſcunt in Arabia, mox
cyreni: In arcadia ſimiles Heliotropio. Ciminũ herbam
habet æthiopia. Coriãdro abundat ægyptus. Camelos
inter armenta paſcunt Orientales. Autor Plynius.

¶Loca diuerſis rebus abundantia:

¶De litera D.

1 DRaconibus, Maſſylia, india, Aethiopia:
2 Diſciplinis, Aetna.
3 Diuitijs, Syracuſe, Rhodos.
4 Dictamo Ida.
5 Dipſadibus. Garamantes. Lybia, arabia.

1 Draconibus.

FRequentes ſunt in Maſſyllia africę Dracones, qui
Maſſyl/lia propterea Maſſylli dicuntur a poetis, Pamphilus
Saxus Aurea maſſylli dicuntur quæ poma Draco
India nis, India fert Dracones tantæ magnitudinis, vt Ele/
phantes (quibuſcum certant) circunflexu facili ambiant
nexuq; nodi præſtringant. Autor Plynius libro octauo
ca. vndecimo Apuleius libro vndecimo Hinc dracones



Indici, inde Gryphes Hyperborei. Generat Dracones Aethiopia
æthiopia, indicis pares, vicenum cubitorum Aſachei quo/
que populi ſunt in æthiopia apud quos maxime naſcũ/
tur, ita vt cratium modo impliciti erectis capitibus veliſi/
cent ad meliora pabula Arabiæ. Autor idem Plynius.
¶De Athenis Cicero libro primo de Oratore. Atque Athenæ
vt omittam Græciam & illas omnium doctrinarũ inuẽ
trices Athenas, in quibus ſumma dicendi vis, & inuenta
& perfecta eſt. Vnde & Ouidius in Epiſtolis, Atq; aliquis
doctas iam nunc eat (inquit) Athenas.

3 Diuitijs:

¶Fama eſt ſyracuſano opibus olim adeo creuiſſe, vt ſe/ Syracuſæ
quenti prouerbio fecerint locum. Vobis ne decima qui/
dem Syracuſanorum adeſt, quum diuites alloquimur.
Eſt & aliud argumentum miræ eius vrbis opulentiæ,
quod die quodam, terreſtrem & maritimum contraxe/
rit exercitum. Non aliam ob cauſam poetæ fingunt im
brem aureum olim in Rhodum pluiſſe, quam ob imen rhodos
ſas eius vrbis diuitias. Quintianus in Cleopoli. Sit ferti/
lis auro Magna Rhodos quondam deſcenderit aureus
imber in Rhodon. Marullus. Nõ ſalamis. non clara ſuo
Rhodos aurea Phœbo.

4 Dictamo herba.

¶Dictamus, ſeu Dictamum herba eſt; qua lacerti cum
ſerpentibus pugnaturi ſe refouent. Frequens eſt autem
in ida monte Cretæ. Virgilius libro.12. Dictamum ge/
nitrix Cretæa carpit ab ida. Ida

5 Dipſadibus ſerpentibus.

¶Dipſas ſerpens eſt minor vipera, qua demorſi, ferue/
ſcunt ſiti, & tandem emoriuntur. Frequens eſt apud Ga/ Gara/mãtes
ramãtes. Vnde Syllius libro.13. Quippe atro rapidas ef/
feruſcente veneno Diſpadas immẽſis horrent Garamã/ Arabia
tes arenis. Reperiuntur etiam in Lybia, & arabia.

## ℭLoca diuerſis rebus abundantia.

### ℭDe litera E.

1 EQuis, Argos, Theſſalia, Aſtruria, Agragas, bil-
bilis, Niſæus, Elis, Argeus, Olyſipus, Scythia,
Neſi, Irlandria Satrianum, Tunis.
2 Elephantibus, Corſellæ, Africa, Sala Tingitana, Ae-
thiopia, Lybia, Getulia, India, Marmatica, Taproba
ne, Troglodytæ.
3 Ebore, India aſſyria.
4 Echinis piſcibus, Miſenus.
5 Electro, Electrides, Aethiopia.
6 Ebeno, Aethiopia.
7 Eruca, Hiſpania.
8 Exocœtis piſcibus, Arcadia.
9 Exercitu, Meroe.
10 Aliijs rebus, alia quædam loca.

1 Equis.

Argos — ARgos ab equorum præſtantia commendat Ho-
ratius lib. primo. Car. dicens. Plurimus in Iuno-
nis honorem Aptum dicet equis Argos, diteſq;
Mycenas. Marullus. Non Ithace, præ nobile equis non
Argos alendis. Equo pugnare Theſſalorum eſt inuentũ
Et primũ Theſſalia qui vſus repertus eſt, Lucanus. Theſ-
Theſſalia — ſalicus ſonipes, bellis feralibus omen. Antiquitus prima
laus fuit equarum Theſſaliæ. Hinc adagiũ Eraſmo poſi-
tum. Decernitur equa Theſſalica. De ſummo præmio.
Cæſar equorum Theſſalię in tauros dimicantium, eoſq;
perimẽtium ſpectaculũ Romæ exhibuit. Strabo quoq;
ait Theſſaliam paſcendis equis eſſe commodiſſimam,
qui Arcadicos & Epidauricos maxime præcellant. Aſtu-
Aſturia — ria vrbs Hiſpaniæ equos habuit (qui tollutarij dicũtur)
greſſus molliter glomerantes, alterna crurum expl ca-
tiõe. Syllius. His paruus ſonipes. nec Marti notus, at idẽ
aut icõcuſſo glomerat veſtigia dorſo, Aut molli pacata
celer trahit eſſeda collo. Martialis. Hic breuis ad nume-



rum rapidos qui colligit vngues, Venit ab Hiſpanis gen
tibus Aſtur equus. Agragas, ſeu Agrigentũ Siciliæ oppi — agragas
dum, habuit optimos equos. Virgil. libro tertio Aenei.
Ardus inde Agragas oſtentat maxima longe Mœnia,
magnanimum quondam generator equorum. De Bil-
bili Celtiberię, ciuitate Martialis. Videbis altam Liciane
Bilbilim Equis & armis nobilem. Niſęus mõs eſt in mœ — Bilbilis
dia, in quo pulcherrimi itidem naſcũtur equi. De Elide — Niſæus
Græciæ vrbe, Sidonius Non hic Elida nobilem quadri- — Elis
gis, Proper. lib. 1. Et quas Elis opes ante pararat equis.
Tibullus Qui prior Elæo eſt carcere miſſus equus. Virg.
Elia, dum palmas Epyros equarum. De Argæo Cappa- — Argęus
dociæ monte Claudianus lib. 2. in Ruffi. Volucrũq; pa-
rẽs Argæus equorum. In Olyſippo Hiſpanię vrbe, equę — Olyſip-
venerem ſibi figurantes, hauſto Fauonio dicunt conci- — pus
pere. Equis abundat Scythia, Aſinis carens propter im- — Scythia
menſum frigus, Sunt in eadem regione populi, equorũ
carnibus veſcentes, quos Ptolemeus Hippophagos. vo
cat. Scythæ (inquit Plynius) equitatus equorum gloria
ſtrepunt. Neſi populi ſunt in Scythia Europæa optimis — Neſi
quondam equis abundantes, quibus reges vtebantur. Ir — Irlãdria
landriæ regio equos habet vectorios pręcipua bonitate
quos vbinos vocant, celeriores Anglicis. De Satriano — Sattria-
vrbe Appuliæ, Horatius. Me Sattianæo vectari rure ca- — num
bello. Tunis vrbs Africæ, habuit preſtantes curſu quos — tunis &
barbaros vocant, quales in Maſſylia, Numidiaq; paſſim — alia lo-
reperiũtur. Ex Tyrrheni maris inſulis preſertim corſica — ca
& ſardinia, adducũtur breues admodum, ſed animo ge
neroſo atq; audaci ingreſſu & irrequieto. Ex germania
grauiores, quam ſuccuſarii dicũtur Feſto Nonio Torto-
tes, Plauto Cruciãtes. Herodotus ſcribit in Paremitana
regione Aegypti equos eſſe fluuiales, vngulis bouinis,
ſimo naſo, equina iuba, eminẽtibus & cancellatis denti
bus, fulgida cauda, magnitudie maxime tauri, craſſo co
rio, vt ex eo arefacto fiãt pila miſſilia. Idẽ ait circa mœo
tis paludem (vnde profluit Hypanis) equos eſſe ſylue-



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



ſtres, & candidos.

### 2 Elephantibus.

Corſel/læ ¶Corſellæ oppidũ eſt in Africa vbi ꝑgandes ſunt Ele/
phanti, quorũ etiá multitudo eſt in tota fere Africa, Au
Africa tore Plynio. Sala quoq; oppidũ Mauritaniæ, greges ha
Sala bet plurimos Elephantũ. Plynius de Tingitania Africæ
Tingitania prouincia ſcribens, ipſa (inquit) prouincia ab Oriente
montoſa fert Elephantes, Herodotus in Thalia ait Ae/
Aethiopia tiopiá terrarum habitatarum Vltima vaſtos fere elephã
tos, prominentibus vtrinq; dentibus, Lybia, Syllius lib.
Lybia tertio Belua nec retinent tardante Lybiſſa timore. Ply/
India nius ſcribit in India gentem eſſe cuius rex quadraginta
milia Elephantorum in armis habeat, alios item ibidẽ
eſſe populos Polybotros nomine, qui elephantorũ no
uem milia regi ſuo per omnes dies ſtipendientur. Vnde
(inquit ille) coniectatio ingens opum eſt. Idem libro. 8.
ſcribit. Indicum elephantum Afri pauent, nec contueri
audent. Nam & maior indicis magnitudo eſt ſunt & alij
populi Oraturæ, quorum rex habet decẽ milia elephá/
torum. Automelæ oppidi rex elephantes habet. 1600.
Pauperior Charmorum rex elephantos. 60. Pandi gens
ſola indorum regnata fœminis, quingentos habent ele
phantos. Galterus libro primo Alexandreidos. Nobiliũ
multa regionum laude ſuperbit, Hęc diues gemmis, ele
phantibus india barrit. Hinc decenti Epitheto poetę In/
dicum vocant elephantem. Martianus Capella, indicos
(inquit) elephantos organica permulſos detineri voce
compertum.

Marmatica ¶Habet Marmarica regio Africę elephãtos, Sidonius.
Non ſi quas eboris trabes refractis Roſtris Marmarici
dedere barri. Oneſicritus apud Plynium libro ſexto te/
Taprobane ſtis eſt elephantos in Taprobane inſula maiores bellico
ſioreſq; quam in India gigni. Troglodytæ contermini
Troglodytæ Aethiopiæ, ſolo elephantum venatu nutriuntur.

### 3 Ebore.

India ¶India Virgilius. India mittit ebur, molles ſua thura ſa



bæi. Claudianus. Vobis rubra dabunt præcioſas æquora
pompas, indus ebur, ramos Panchaia, vellera ſeres, Ho
ratius libro primo Car. Non aurum, aut ebur Indicum
Marullus, Perlucebat aquis, quare ebur indicum inclu/
ſum tenui vitro. Ouidius. Sectile delicijs India. præbet
ebur. Aſſyria. Idem Ouidius libro ſecũdo Eleg. Męonis
Aſſyrium fœmina tinxit ebur. Aſſyria

### 4 Echinnis piſcibus.

¶Frequẽter eſſe iuxta Miſenum promõtorium Echin Miſſe/
nos, docet Horatius libro ſecundo Ser. dicens. Miſeno nus
oriuntur Echinni, Pectinibus patulis iactat ſe molle Ta
rentum.

### 5 Electro.

¶Electrices Mœſię ſunt inſulæ (quas alij Greſſarias vo Electri/
cant) dictæ, quod in his proueniret ſuccinum, quod illi des
Electrum vocant. Gignitur etiam in Aethiopia.

### 6 Ebeno.

¶Ebenum arborem nigri coloris, Itidem habent Ae/ Aethio
thiopes. pia

### 7 Eruca.

¶Eruca herba eſt Venerem excitans. Vnde Ouidius de
Remed. Nec minus erucas iubeo vitare ſalaces. Colu. li.
11. Excitet vt Veneri tardos eruca maritos. Frequens eſt
in Hiſpania. hiſpãia

### 8 Exocœtis piſcibus.

¶Exocœtus piſcis eſt ſiccum ſomni cauſa exiens. Hunc
habet Arcadia. arcadia

### 9 Exercitu.

¶Quo tempore Aethiopes rerum potiebantur, Me/ Meroe
roe inſula ducenta armentorum milia regi ſuo ſuppe/
ditabat.

### 10 Alijs rebus.

¶Eupatoriam herbam mittit Arcadia. Euphorbiam
Atlas, Eumetridem gemmam Leſbos. Equos pennatos
Aethiopia.

Universidad de Deusto Biblioteca



¶De litera.F.

1 FOrmicis,India,Dardæ,Aygyptus.
2 Frumentis,Cremona,Sicilia,Betica,Babylonia,Eleuſis,Africa Appulia gargan⁹ morauia.
3 Frugibus,Sicilia,Italia, Africa, Hiſpania, Sardinia, Aegyptus,Fortunatæ inſulæ Pyraſus,Aroa Thracia
4 Fructibus,Atlas,Campania.
5 Fagis.Chios.
6 Feris,Syluæ,Mauritaniæ,Scythia.
7 Ferro,Chalybes,Norici,Melita,Bilbilis.
8 Fundis,Baleares.
9 Fauis,Hybla,Hymettus Pelignum Germania.
10 Floribus,Cicilia,Enna,Saba Aetna,Hybla,Paphos, Turia,Cyrene,ſamos.
11 Fabis,Burcana.
12 Fraxinis,Ida,Cos.
13 Ficubus,Theſſalia,Fortunatæ,India.
14 Figulinis officinis,Pythecuſa.
15 Fontibus,Ida,Tomarus.
16 Flammis,Veſæuus.
17 Felibus,Tarteſſus
18 Fluminibus,India.
19 Ferulis,Aegyptus.

1 Formicis.

India IN ſolitudine Indiæ arenoſa,formicæ gignuntur canum quidem magnitudine minores Vulpium vero maiores Earum nõnullæ apud regem Perſarum viſuntur in venatu captæ,inquit Herodotus. Aurum e cauernis ibidem eruunt. Propertius libro.2.Inda cauis aurum mittit formica metallis.

Dardæ ¶Apud dardas Indorum populos mõs eſt trium miliũ ſtadiorum ambitu, & ſub eo aurifodinæ,in quibus formicæ vulpibus.non minores aurum effodiunt. Plynius

Aegyptus libro vndecimo ſcribit in Aegypto formicas eẽ magnitudinis luporum.



2 Frumentis.

¶Cremona frumenti ferax eſt.Vnde Mãtuanus.Et frumentiferæ cultiſſima rura Cremonę.Plynius ſcribit Siciliam & Beticam frumenti adeo fœcũdas eſſe,vt ariſtas centum granorum egerant.De Babylonia,Herodotus in clio.Hæc regio inquit,omnium(quas vidimus)optima eſt duntaxat ferendo frumento. Nam in arboribus ferendis,vite,olea,nequaquam de principatu contendit.Cereris autem fructu procreando,adeo ferax eſt,vt nunquam non fere ducena reddat. Et vbi præſtans bonitate ſe vincit,etiam ad tricena quaternum fere digitorum latitudine triticeis atque hordeaceis foliis. Frumẽtifera etiam eſt Eleuſis vrbs Atticæ.Mantuanus in Dionyſio.Miſit & altricem frugum cerealis Eleuſim. Africa.Horatius libro ſecundo Ser.Frumenti quantum metit Africa.Idem libro primo Car.Quicquid de Lybicis verritur areis Appulia.Idem Horatius libro tertio Car. Quam ſi quicquid arat impiger Appulus, Occultare meis dicerer horreis.Gargarus mõs,ſeu Gargara in plurali.Oui.Gargara quot ſegetes,quot habet Methymna racemos.Seneca in Theb.Hinc grata cereri Gargara,& diues ſolum.Morauia regio Bohemiæ vicina, pabulo frumento,& pecore abundat.

Cremona Sicilia Betica Babylonia Eleuſis Africa appulia gargat⁹, Morauia

3 Frugibus.

¶Siciliam frugibus eſſe fœcundiſſimam conſtat. Stroza pater.Aruaq; frugifere pinguia Sicanię.Hinc orta eſt fabula de cerere, quæ ibidem fruges & modum arandæ terræ commõſtraſſe dicitur.Et Cicero Siciliam horreum populi Romani vocat,quæ ſæpe maximos pauerit exercitus,Strepit etiam hac vbertate Italia.Virgilius libro ſecundo Georgico. Salue magna parens frugum Saturnia tellus. Plynius libro tertio capi.5.Italiam vocat terram omnium terrarum alumnam.Idem lib.quinto.de Africa loquens,Ita(inquit)appelllatur regio fertilitatis eximiæ,cum centeſima fruge agricolis fœn⁹ reddente terra,Horatius libro tertio Car.Fulgentem impe

Sicilia Italia Africa

Universidad de Deusto Biblioteca



rio fertilis Africæ. Hiſpania. Martianus Capella. Euro-
pæ (inquit) lumen Hiſpaniæ contributum, fertili frugũ,
optimæq; prouinciæ, metallorum auriq; fœtura, & me-
ti marmoris, gemmarumq; muneribus prædicandæ.
¶Sardinia. Claudianus. Humanæ ſpeciem plãtæ ſe mã
gna figurat inſula, Sardiniam veteres dixere coloni, Di
ues ager frugum. Bap. Pius. Quum tu Sardiniæ feracis
agros, Et pingues ſegetum vales aceruos Gargani ſupe
rare nunc remoti. Plynius libro vigeſimoprimo Capite
Aegy- 15. ſcribit Aegyptum frugum eſſe fertiliſſimã. Vnde pri-
ptus. ſcianus ſeu Rhẽnius in Dionyſii Geographia. Hinc Ni-
lus currẽs ad partes flumine pingui, Fertilis Aegypti ter
Fortu- ras fœcundat opimas. De fortunatis inſulis, Horatius in
natę íſu Epodo. Petam⁹ arua, diuites & inſulas, Reddit vbi cere-
læ. rẽ tellus inarata quotãnis. Homerus ſcribit tẽplũ cereris
Pyraſus fuiſſe in Pyraſo Vrbe Phthiæ, propter copiã frugum ei⁹
Aroa loci. Aroa vrbs Achaię nomen ſumpſit ab Aratro, ꝙ ſit
pariter ferax frugũ. Eſt fertilis Thracia frugũ & frigore,
& æſtibus, vt Africa & Aegyptus, inquit Plynius.

4 Fructibus.

Atlas ¶Plynius libro quinto, ſcribit Atlantem Mauritaniæ
montem, opacum nemoroſumq; eſſe, & ſcatebris fon-
tium riguum, qua ſpectat Africam, Fructibus omnium
generum ſponte ita ſubnaſcentibus, vt nunquam ſatie-
tas voluptatibus deſit.
cãpania ¶Cicero de lege Agraria contra Rullum. Campania
(inquit) ſemper ſuperbit bonitate agrorum, & magnitu
dine fructuũ, ſalubritate aeris, & pulchritudine regiõis.
Viuare- ¶Viuareſium prouincia eſt ſuperior linguæ Oxitanæ,
ſium Rhodano cõtermina, qua proſpicit Orientem, terra q-
dem montoſa, ruentibuſq; impetu miro torrentibus
vbiq; irrigua, frequens & velut turrita montium multi-
tudine, præter cæteras Gallię partes. Quod tamẽ de bo
nitate, & fertilitate loci nihil adimit, imo vero auget
inuſitata quadã natura, Nam vt accepi ab honeſtiſſimo,
& doctiſſimo viro, verborũq; non prodigo GEOR-



GIO BERNARDO eius loci indigena, illuſtriſſi
mæq;, & a Troianis Oriundæ Turnonum familiæ do-
meſtico, terra ipſa tanta rerum omnium fœcũditate ex-
cellit, vt genuinis opibus contẽta, alienarum mercium
nihil indigeat. Nam (quod eſt precipuum) vina profert
laudatiſſima omniũq; laudibus nemine reclamante lon
gis interuallis anteferenda. Qua parte reſpicit Occiden
tem, mõtes habet, electiſſimis raraq; bonitate caſtaneis
refertiſſimos. Omnium præterea pomorum, nucum &
aliorum hoc genus fructuum adeo ferax, vt nec pyra ca
labriæ nec hortos Heſperidum, nec Phæacum, pomaria
conferre liceat. Granis, herbis, floribus, violis fructibus
intantum fœcunda, vt in ea pingenda, omnibuſq; doti-
bus ornãda, vires ſuas exercuiſſe natura videatur. Vber-
tatem & copiam leguminũ ſi videres, rapereris in admi
rationem, tibiq; iucundum eſſet iſtic relicta patria exula
re. Nec immerito Viuareſium a vita aut viuariorũ mul-
titudine nomẽ meruit. Habet enim leporaria, Ornitho
nes, Auiaria, & cætera, quæ villaticã decent paſtionem.
Ei loco nũc præeſt. D. Claudius de Turnone antiſtes po
puli eiuſdem meritiſſimus, doctiſſimuſq; literarum, &
amantiſſimus, terræ ſuæ fertilitatem, morum & virtutũ
multitudine referens, ſcelerũq; tribulos & vrticas a gre-
ge ſuo opere & verbo euellens, quem viri permota ſan
ctitate, Anna Ludouici duodecimi vxor & Gallorũ regi
na, Eleemoſinariũ ſibi conſtituit, ꝙ ſciret hominẽ ipſum
ſuapte natura liberalem eſſe, & propenſa in pauperes cõ
miſeratione & pietate.

5 Fagis.

¶Plynius lib. 16. ſcribit ex Cornelij Alexãdrini teſtimo
nio, dulciſſimas eſſe fagos in Chio inſula, earumq; glan Chios
dibus obſeſſos ibidem homines diu duraſſe.

6 Feris.

¶Polybius apud Plyniũ ꝓdit, ab Atlãte Occaſum ver- Mauri-
ſus, ſaltus eſſe plenos feris, quas generat Africa. Scythia tania
regio feris abundat, propter ſolitudinem hominũ eius

Universidad de Deusto Biblioteca



regionis, qui nullis certis ſedibus vtuntur, ſed vagi ferū-
tur in plauſtris. Vnde & Scytharum ſolitudo tranſiit in
prouerbium.

7 Ferro.

**Chaly-bes** ℂChalybes populi ſunt in Ponto, prope Themodoon
tem, qui optimo abundant ferro Virgilius libro primo
Georgico. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi, At
**Norici** chalybes nudi ferrum. Norici Alpium populi, venas fer
ri laudabiles habuerūt. Hinc Horatius enſem vocat no-
ricum, dicens Quas neque Noricus Deterret enſis. Idē
in carmine Sæculari. Modo enſe pectus Norico reclude
re. Melita quoque Siciliæ inſula præſtantes habet ferri
**Bilbilis** fodinas. Bilbilis fluuius eſt hiſpanię apud quem optima
ferri temperatura fiebat. Hinc Horatius lib. primo. Car.
Loricas vocat Iberas, dicēs. Quum tu coemptos vndiq;
nobiles Libros Paneti, & Socraticam domum Mutare
loricis Iberis, Pollicitus meliora, tendis.

8 Fundis.

**Balea-res,** ℂBaleares duę ſunt inſulæ in mari Hiſpano, apud quas
vſus fundæ repertus eſt, & adeo celebratus, vt matres fi
lios ſuos alijs auibus olim veſci non paterētur, niſi quas
funda fuiſſent adepti. Florus, cibum (inquit) puer a ma-
tre non capit, niſi quid ipſa monſtrāte percuſſerit. Luca-
nus libro primo. Et torto Balearis verbere fundę ocior.
Plynius libro tertio Baleares (inquit) funda bellicoſas,
Gręci Gymneſias dixere, Virgilius libro primo Georgi
co. Stuppea torquentur Balearis verbera fuudæ. Statius
libro decimo. Roboraq;, & grauidas fundæ Balearis ha
benas. Ouidius libro ſecundo Metamorpho. Non ſec⁹
exarſit, quam quum Balearica plumbū Funda iacit. Et
libro quarto. Tantum aberat ſcopulis, quantū Balearica
torto funda poteſt plumbo medij tranſmittere cœli.

9 Fauis.

**Hybla** ℂFauis abundat Hybla & Hymettus, Syllius libro. 14.
**Hymet-tus** Tum quæ nectareis vocat ad certamen Hymettum, Au
dax Hybla fauis. Claudianus. Hyblęos latebris nec ſpo-



[ſ]iat fauos. Faui cæra ſpectabiles reperiuntur in pelignis,
Sicilia, Creta, Cypro, Africa. Plynius ſcribit viſum in ger
mania octo pedum longitudinis fauum.

10 Floribus.

ℂCilicia. Statius libro ſecundo Syl. Quid cilicum flo- **Cilicia**
res, quid munera graminis Indi? Enna vrbs Siciliæ. Stro **Enna**
za pater. Non tu floriferis in odoræ vallibus Ennæ. Sa- **Saba**
ba. Statius libro quinto. Syl. Ver Arabum, Cilicūq; fluit
floreſq; ſabæi. Aetna. Auſonius. Qualis floricoma quon **Aetna**
dam populator in Aetna.
ℂHybla. Ouidius libro quinto de Triſt. Florida quam **Hybla**
multas Hybla tuetur apes. Martialis Libro ſecundo.
Florida per varios vt pingitur Hybla colores. Mantua-
nus de ſacris diebus. Olfacere Hyblæos flores, & Hy-
mettia prata.
ℂPaphos. Crinitus. Seu tu floriferā cōcelebras paphō. **paphos**
ℂTuria fluuius Hiſpaniæ. Claudianus, Florib⁹ & roſeis **Turia**
formoſus Turia ripis.
ℂPlynius libro vigeſimoprimo ſcribit Cyrenis ſemp **Cyrenę**
flores eſſe laudatiſſimos. **Samos**
ℂTritum Adagium eſt apud Eraſmum. Samiorum flo-
res, vbi quis extremam decerpit voluptatem, quod ea
inſula florum vbertate claruerit.

11 Fabis.

ℂPlynius libro quarto ait Burcanam inſulam eſſe Pon **Burca-na**
ti, quæ Fabaria dicatur Latinis, a multitudine frugis ini-
ſponte prouenientis. Eſt autem inſula Oceani ſepten
trionalis.

12 Fraxinis.

ℂIda mons fraxinis abundat tantæ bonitatis, vt Citro **Ida**
ſint ſimiles, & ablato cortice plærunq; emētes decipiāt.
Naſcuntur & in Co inſula, Autore Plynio. **Theſſa-lia**

13 Ficubus.

ℂPlurima fic⁹ exit in theſſalia & Macedonia, teſte eo- **Fortu-natę iſulæ.**
dem libro decimoſexto. Horatius in Epodo ait Fortu-
natas inſulas abundare ficubus, ſcribens. Suamq; pulla

Universidad de Deusto Biblioteca



ſicus ornat arborem. Credibile eſt maximas eſſe ficus
Indiæ,& valde ſpacioſas, quum ſub earum vna turmæ
condantur equitum.

14 Figulinis officinis.

Pythe/cuſa. ℂPythecuſa, Autore Plynio libro tertio dicta eſt non
a ſimiarum multitudine „ſed a figulinis. Pythos enim
dolium dicitur.

15 Fontibus.

Ida ℂIn Ida monte multi ſunt fontes. Ex quorum duobus
Scamander,& Simois ſcaturiunt. Ouidius libro ſecun/
do Metamorpho. Et tum ſicca, prius creberrima fonti/
bus Ida. Thomas Radinus. Ida multifons, Cyzicum Ro
manis honora. Propterea aquoſam eam vocat Horati⁹
libro tertio Car. dicẽs. Qualis aut Nireus fuit, aut aquo/
ſa Raptus ab Ida. Ouidius lib. ſexto Faſt. Nec quas pria/
Toma/rus mides in aquoſæ vallibus Ide contulit. In Tomaro mõ/
te epyri centum eſſe fontes docet Plynius libro quarto,
Tomarus (inquit) mons centum fontibus circa radices
Theopompo celebratus.

16 Flammis.

Veſęu⁹ ℂVeſæuus mons Campaniæ, flammas quandoq; proie
cit. Mantuanus in Brixia. Et quæ flammiuomi pariunt
arbuſta Veſæui.

17 Felibus.

Tarteſ/ſus ℂTarteſſi populi ſunt in Iberia, apud quos Feles maxi
me naſci dicuntur. Vnde natum Adagiũ. Feles Tarteſſia.

18 Fluminibus.

India ℂIn India mira eſt fluminum vaſtitas. Proditur Alexã/
drum magnum, nullo die minus ſtadia. 600. nauigaſſe
in Indo fluuio, nec potuiſſe ante menſes quinque ena/
uigare, adiectis paucis diebus. Et tamen minorem Gan/
ge eſſe conſtat. Megaſthenes apud Plynium ſexaginta
eius amnes prodit.

19 Ferulis.

Aegy/ptus ℂFerulas in Aegypto præcellere ſcribit Plynius libro
13. cap. 21.



ℂDe litera G.

1 GAllinis, Africa, Gallinaria.
2 Gẽmis, Taprobane, India, Erit hra, Idaſpes,
Garamantes, Mare rubrum.
3 Glandibus, Dodona.
4 Gruibus, Strymon, Biſton.
5 Gazis, Perſis.
6 Gryphibus, Hyperborei.
7 Gobijs, Venetiæ.
8 Glanijs, Glanius.
9 Gruibus piſcibus, Mare rubrum
10 Galgulis auibus, Pelodonnẽſus.
11 Graculis Veneti.
12 Glaſco, Britannia.
13 Glaucione herba, Syria.
14 Gagate gemma, Lycia.
15 Gypſo, Tymphus.
16 Alijs rebus, quædam alia loca.

1 Gallinis.

VArro libro tertio de re Ruſtica Gallinæ inquit, Africa
Africanæ ſunt grandes, quas Meleagrides ap/
pellant Græci. De his loquitur Statius libro pri
mo Syl. dicens. Quas vdo Numydæ legunt ſub auſtro.
Et Martia. Anſere Ro. quamuis ſatur Annibal eſſet, ipſe
ſuas nunquam barbarus edit aues. Horatins in epodo.
Non Afra auis deſcendat in ventrem meum, Non Atta
gen Ionicus iucundior. Suetonius in Caligula. Hoſtiæ
erant Phœnicopteri, Pauones, Tetraones, Numydicæ,
Meleagrides. Gallinaria inſula eſt in mari Liguſtico, no
men inde ſortitaq; Gallinis abundet, Aelianus apud Vo Gallina
laterranũ teſtis eſt Meleagrides eſſe in Lero inſula, quas ria
fabula vult Meleagri Oenei filij natas, luctu patris in Leros
aues fuiſſe conuerſas.

2 Gemmis.

ℂPlynius lib. 6. ait in Taprobane inſula aurum & argẽ/

Universidad de Deusto Biblioteca



tum eſſe in precio, Marmor teſtudinis ſimile, Gemmas,
India Margaritaſq; in honore multo præſtantiores. India va/
rijs abūdat gemmis. Sabellicus. Cernere erat, quicquid
gemmarum prodiga mittit India, quicquid opum pela
go ſcrutatnr Erithra. Propertius libro ſecundo. Indica
quos medio vertice gēma tenet. Seneca in Hippolyto.
Nec niueus lapis Deducat aures, Indici domum maris.
Stroza pater, Quid iuuat in nitidis Indica gemma co/
Erithra mis? Erithra rubri maris inſula. Claudian⁹ Talis Erithręis
intextus Nebrida gemmis Liber agit currus.

Idaſpes ¶ Idaſpes fl. Claudianus. Diues Idaſpæis augeſcat pur/
pura gemmis. Statius libro octauo Thebai. Ceu modo
gemmiferum thyrſo populatus Idaſpē. Seneca in Me/
Gara/ dea. Tepidis Idaſpes gemmifer currens aquis. Garamā/
mātes tes populi Orientales. Syllius libro decimoquinto. Ar/
debat gemma Garamantide cærula veſtis.

Mare ¶ Habet & mare rubrum gēmas varii coloris, magniq;
rubrū. precii. Seneca in Hercule Oethæo. Geſtat pelagi dona
rubentis, Nec gemmiferas detrahit aures Lapis Eoa le/
ctus in vnda. Tibullus libro ſecūdo. Nec tibi gemmarū
quicquid felicibus Indis Naſcitur, Eoi qua maris vnda
rubet. Idem. Et a rubro lucida concha mari. Et libro ter
tio. Quidve in Erithræo legitur quę littore concha. Idē
lib. 4. Et quaſcunq; niger rubro de littore gemmas Pro/
ximus Eois colligit Indus aquis. Propertius lib. 1. Et le/
gitur rubris gemma ſub æquoribus. Idem libro tertio.
Et freta gēmiferi findere claſſe maris. Sunt & fluuii non/
nulli gemmis nobiles, inter quos Aoaxis, & Ganges nu
merantur a Plynio.

3 Glandibus:

Dodōa ¶ In Dodona Chaoniæ ſylua primum repertus eſt glā
dis vſus. Virg. libro primo Georgico. Chaoniam pingui
glandem mutauit ariſta.

4 Gruibus.

Strymō ¶ Apud Strymonem fluuiū, & Biſtonem lacum Thra/
ciæ, grues maxime per æſtum morantur. Virgilius libro
primo.



primo Georg. Nihil improb⁹ anſer, Strimoniæq; grues
& amaris intyba fibris Officiunt, Lucanus libro tertio.
Deſeritur Strymon, rapido committere Nilo Biſtonias
conſuetus aues.

5 Gazis.

¶ Gaze dicuntur diuitiæ Perſarum, quos auro, gēmis Perſis.
& vnguentis refertiſſimos fuiſſe conſtat. Statius libro
primo Syl. Dignæ Mydæ Crœſiq; bonis & Perſide Ga/
za. Sabellicus, Regia quod Crœſi cepit, quod Perſica re
gum Gaza vetus.

6 Gryphibus.

¶ Gryphes habent Hyperborei ſeptentrionales Poli/ Hypbo
tianus. Gryphes Hyperboreos Nemeſis, Cytherea co/ res.
lumbas.

7 Gobiis.

¶ Gobiis VEnetiæ. Martialis in VEnetis ſint lauta licet Venetię
conuiuia terris, Principium cœnæ Gobius eſſe ſolet.

8 Glanijs.

¶ Glanij piſces ſunt quos Volaterranus ex teſtimonio glauni⁹
Stephani grammatici, ait naſci apud Glanium cumarū
fluuium.

9 Gruibus piſcibus.

¶ Grus piſcis eſt habens os ceruicem grui aliti ſimilem
& ſquamas inſtar pennarum eius. Nutrit hunc piſcem
corinthium pelagus, magnitudine pedum. 15. Corin/

10 Galgulis. thius.

¶ Galgulus auis eſt magnitudine turturis, toto corpo/
re viridis frequens in Peloponneſo. Pelopō

11 Graculis. neſus

¶ VEnetorum Adriam incolētium regio tot habet gra
culos, vt fruges populentur, & iacta abſumant ſemina, Veneti

12 Glaſco.

¶ Glaſcum herba eſt, qua Plinij temporibus Britanni ſe britānis
inficiebant, atro colore terrorem oſtentātes. Vnde Mar
tialis. Barbara de pictis veni Baſcanda Britānis. Bap. Pi⁹.
Et Galatæ, Heluetijq; truces, pictiq; Britanni.

Universidad de Deusto Biblioteca



13 Glaucione.

¶Glaucion, herba eſt folijs ſimilibus Papaueris. freques
Syria in Syria.

14 Gagate.

Gaga/ ¶Gagates lapillus naſcitur in Lycie iuxta hoſtium Ga/
thes gatis fluuii, vnde nomen traxit.

15 Gypſo.

Tym/ ¶Gypſum Thympheticum laudat Plynius, a Tympho
phus oppido. Plurimum quoq; effoditur in Epyro. Fit etiá in
Phoenicia, Turijs & Perrhebia.

16 Alijs rebus.

¶Gentianam herbam habet Phoenicia & Illyricũ, Ga
leſtitem gemmam Achelous, Galbanũ herbam, Syria.

¶De litera H.

1 Hircis. Cinyphs.
2 Hydris, Nilus.
3 Helleboro, Oetha, Anticyra, Helycon.
4 Herbis, Aegyptus, Italia, Acis. Epyrus.
5 Herbis veneficis, Scythia, Caucaſus, Colchos, Iberia
Pontus, Theſſalia.
6 Hortis, Phæacia Syria.
7 Hyacintho, Aethiopia.
8 Hyſopo, Cilicia.
9 Helenio, helena.
10 Hippice, Scythia.
11 Herodijs auibus, Diomedæa:
12 Helopibus piſcibus, Pamphylia:
13 Hircis piſcibus, Cyrenaicum mare.
14 Alijs rebus, quædam alia loca.

1 Hircis.

Cinyphs fluuius eſt Africæ apud quem grãdes na
ciniphs ſcũtur hirci, villoq; tonſili, Virg. Nec minus inte
rea barbas, incanaq; mẽta Cinyphii tondet hirci
Pontauus. Iure cui Marſi inuideant, & ipſi Cinyphes
hirci.



2 Hydris.

¶Nilus fl. Mantuanus in Aprili. Niligenas abigens ab Nilus
ouilibus hidros.

3 Helleboro.

¶Plurimum hellebori naſcitur in Oetha mõte, autore Oetha
Plynio. Supra Anticyram quoq; montes ſunt petricoſi, Anticy/
in quibus copioſe prouenit helleborum. Hac autẽ her/ ra.
ba purgantur inſaniæ. Propterea Liuius Druſus Tribu/
nuſpl. quum morbum Comitialẽ pateretur, Anticyram
dicitur nauigaſſe, in eaq; inſula helleborum bibiſſe, atq;
ita morbo liberatum Vnde etiam Horatius in Arte. Si
tribus Anticyris caput inſanabile, nunq̃ Tõſori licino cõ
miſerit Ouidius. 1. bibe (dixiſſem) purgãtes pectora ſuc/
cos. Quicquid & in tota naſcitur Anticyra. Apud hely/
conem Bœotiæ montem, naſcitur quoq; optimum, &
cerebro vtile, purgandæq; inſaniæ itidem efficax.

4 Herbis.

¶Homerus apud Plynium lib. 15. gloria herbarum Ae Aegy/
gypto tribuit Diodorus de Aegypto loquẽs, Terra (in/ ptus
quit) inculta relicta, pecori ad paſtũ adeo exuberat her/
bis, vt oues bis anno pariant, biſq; præbeant lanam. Ae/
ſchylus apud Plynium. Italiam herbarum potẽtia refer
tam prodit. De Aci fluuio, Ouidius lib. 4. Faſt. Præterit
& ripas herbifer aci tuas. Epyrus. Idem Ouidius libro. 8.
Metamorpho. Miſit aprum quanto maiores herbida
tauros Non habet Epyrus.

5 Herbis veneficis:

¶De Caucaſo & Scythia, Claudianus libro. 1. in Ruff. Cauca/
Funeſtarumq; poteſtas herbarum, quicquid lœthali gra ſus
mine pollens Caucaſus & Scythicę vernant in gramine Scythia
rupes. Colchos & Iberia. Horatius in Epodo. Herbaſq;,
quas Colchos atq; Iberia mittit venenorũ ferax. In pon
to quoq; prouentus eſt malorũ graminum. Virg. in Buc.
Has herbas, atq; põto mihi lecta venena ipſe dedit Mœ
ris, naſcuntur plurima Ponto Mantuanus in Alphonſo

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſibro ſecũdo Viroſi infamia ponti Gramina, queſs olim
Medea veneſica, matris Docta ſcelus, nec nõ ithaci du/
cis hoſpita Circe, In varios vult⁹ homines mutare ſole/
bant. Theſſalica Seneca in Hercule Oethœo. Quas
Pontus herbas generat, atq; Theſala ſub rupe Pindus.
Tibullus libro ſecundo. Quicquid habet Circe, quic/
quid Medea veneni, Quicquid & herbarum Theſſala
terra dedit.

6 Hortis.

Phæa/ ¶In Phæacia horti fuerunt memorabiles, & pomaria
cia varijs referta fructibus. Quæ quum magno ſtudio cole/
ret rex eius loci alcinous, deus hortorum credit⁹ eſt Sa/
bel. Nemo amplius hortos Phęacum aut nemus Heſpe
ridum mirabitur vllus. Statius libro primo Syl. Quid bi
fera Alcinoi laudem pomaria, voſq; qui nunquam va/
Syria cui prodiſtis in aera Rami? Syria fuit in hortis operoſiſ/
ſima, autore Plynio. Inde quoq; eſt prouerbiũ Græcis.
Multa. Syrorum olera.

7 Hyacyntho.

Aethio ¶Hyacinthum florem mittit æthiopia, frequens etiá,
pia naſcitur in thermis Diocletianis, Eximiæ quoq; proue/
nit in Gallia autore Plynio.

8 Hyſopo.

¶Hyſopum mõtanum & hortenſe optimum naſcitur
Cilicia in cilicia, in Tauro monte, Dein probatur Pamphilium
& Smyrnæum.

9 Helenio.

Helena ¶Helenium flos eſt, quem lachrymis Helenæ fabulan/
tur natum. Reperiuntur in Helena inſula.

10 Hippice.

¶Hippice herba eſt qua paſti equi diuturnam famem
Scythia ſuſtinent. Vnde nomen ſumpſit. Frequens eſt in Scythia,
Prædulcis circa Bœotiam.

11 Herodijs.

Diome ¶Herodij aues ſunt prope flumina degentes, frequen/
dæa tes in Diomedæa inſula.



12 Hircis piſcibus.

¶Hirci piſces circa Cyren[…]icum ſardorumq; mare ober Cyrenę
rantes. viſuntur cum Delphinis.

13 Aliis rebus.

¶Heliotrophium herbam mittit æthiopia. Hepheſti
tem gemmam, Corycus. Hexeconthalithum gem. Tro
glodiræ. Hematitem, Aethiopia, Hydromellem Phry/
gia. Hyenas animalia, Africa. Hematopodes aues Aegy/
ptus, Hamoniacum africa. Hiacynthos gemmas Aethio
pia, atq; etiam Chryſolitos, aureo colore tranſlucentes.
Quibus præferuntur Indicæ, & (ſi variæ non ſint) Ba/
ctrianæ.

De Litera. I.

1 IGnibus, Aetna.
2 Iaculis, Gnoſos.
3 Iuncis, Nabathæi, Hiſpania.
4 Iri herba, Cyzicus.
5 Iride gemma Perſis.
6 Iſati herba, Syria.
7 Iuniperis, Hiſpania.
8 Inſulis, Illyricum.
9 Inchneumonibus, Aegyptus.
10 Ibidibus, Peluſium.

1 Ignibus.

¶Aetna inter montes igniferos numeratur. Statius li
bro quinto Theb. vbi ignifera feſſus ſuſpirat in Aetna Aetna
Mulcifer. Et libr. tertio Achil. Ignifera quæ fulmina po
ſceret Aetna. Lucanus libro primo. Et ardenti ciuilia bel
la ſub ætna.

2 Iaculis.

¶Gnoſos vrbs eſt Cretę, cuius incolę iaculis claruerũt:
Mantuanus in Epigram. Gnoſiacis alcon, iaculis clare/
bat & arcu Lucanus libro. 3. Gnoſoq; agitare Pharetras
Docta, nec Eois peior Gortina ſagittis.

3 Iuncis.

¶Inter iuncos præſtantiſſimus eſt Nabatheus, deinde

Arabicus, quem quidam Babylonicum vocant. Tertius
hiſpāia Lybicus, prope inutilis. Laudatur & hiſpanus, quo fiunt
funes.

4 Iri herba.

Cizicus ¶ Iris herba eſt odorata, Raphano ſimilis, vnguentiſq̃
& medicinæ aptiſſima. Frequens eſt in Cyzico inſula,

5 Iride gemma.

¶ Iris gemma (quam crematam, tuſamq̃ ad Ecneumo-
num morſus remedio eſſe horus apud Plyniū prodit)
Perſis. naſcitur in perſide.

6 Iſati.

¶ Iſatis herba eſt fullonia', rubro colore, quam mittit
Syria Syria.

7 Iuniperis.

¶ Scribit Plynius libro decimoſexto vaſtas eſſe iunipe-
hiſpāia ros in hiſpania.

8 Inſulis.

Illiricū ¶ Idem libro tertio ait illyrici oram mille amplius inſu-
lis frequentari, propter naturam vadoſi maris.

9 Ichneumonibus.

¶ Ichneumon ſerpens aſpidi infeſtiſſimus. freque[n]s eſt
Aegyptus in Aegypto.

10 Ibidibus.

Pelusiū ¶ Ibis auis circa Peluſium tātum nigra eſt, cæteris om-
nibus locis candida.

¶ De litera L.

1 Lanis, Miletos, Tarentum, Canuſium, Britan-
nia. Lingones, Melite, Lucerna,
2 Laſerpicio Cyrenæ.
3 Lentiſco. Linternus.
4 Lactucis, Circellæ.
5 Lauris, Olympus, Parnaſus, Pene⁹, Permeſſus, Pho-
cis, Sicion. ida.
6 Lacte, Saſſina, Lintuani, Fortunatæ inſule.
7 Leonibus, Africa Getulia, Lybia Caſpia, Marmarica
Maſſylia, parthia, Mauritania, Syria.



8 Lente, Aegyptus, Peluſium.
9 Lino, Aegyptus, Cumæ, Tarraco, india, ſetabis.
10 Larice, ida.
11 Luto fictili, Samos, Saguntus.
12 Lenis veſtibus, Pellene.
13 Lapide ſpeculari, Hiſpania.
14 Ladano, Arabia.
15 Lacertis, Arabia, Nyſa, Aethiopia, Capraria.
16 Locuſtis, Caſius mōs, Theſſalia, Lemnos, Magneſia
Epheſii, Mare indicum, Cyrenæ, Syria.
17 Lupis piſcibus, Tybris.
18 Lupis feris, Croton.
19 Lagnibus piſcibus, Mæander, Strymon.
20 Loto arbore, Africa.
21 Lilio, Anthiochia.
22 Leporibus Baleares.
23 Lyncibus. Aethiopia.

1 Lanis.

¶ Miletos Aſiæ fuit ciuitas, præſtantia lanarum (quæ Mile-
ibidem inficiebantur) memorabilis. Virgil. libro tertio tos
Geor. Quamuis Mileſia magno Vellera mutentur Ty-
rios imitata colores. Et libro quarto Eam circum Mile-
ſia vellera Nymphæ Carpebant. Tarenti quoq̃ optime
inficiebātur Lanæ. Horatius lib. 2. Sermo. Lana Tarenti Tarētū
no violas imitata veneno. In Canuſio Appuliæ oppi-
do, & caledonia ſeu Britannia fuit eximia lanarum bo- canuſiū
nitas, Quintian⁹ in Cleopoli Fama Caledonię ſileat mi Caledo
racula Lanæ Et Canuſina ſimul. Lingonicas lanas ꝓbat nia
Martialis lib. 14. dicens, Lingonicis agendum tumeat ti ligones
bi culcitra Lanis. De Melita inſula maris Siculi, Syllius Melita
lib. 14 Telaq̃ ſupba Lanigera Melite, & litt⁹ piſcoſa Me Luceria
lacte. Luceria vetus fuit Dauniorū oppidum vbi ſacrū
Mineruæ fanum extitit. Eius Lanas probat Horati⁹ lib.
3. Car. Te Lanæ prope nobilem Tonſæ Luceriam, non
citharę decent. Plynius libro. 26. commēdat Gallaticas,



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



Tarentinas,Atticas,Mileſias.Plynius libro octauo de lanis & ouibꝰ loquẽs,Hiſpania(inquit)nigri velleris pręcipuas habet,Polentia iuxta Alpes,Canuiſia rutili,quas Erithras vocant,item Betica,vt Canuſium,Fuluas Tarentum.

2 Laſerpicio.

Cyrenę

¶Laſerpiciũ genus eſt herbæ precioſiſſimæ,& in medicinis optimæ(Silphion Græci vocant)cuius ſuccus Laſer,folium maſpetum dicitur.Naſcitur hęc herba in diuerſis locis.Sed oĩum laudatiſſima eſt apud Cyrenẽ Lybiæ Vrbem,Catullus ad Leſbiã Quã magnus numerus Lybiſſæ arenæ Laſerpici feris iacet Cyrenis.

3 Lentiſco.

Linternus

¶Linternus Campaniæ fluuius Lẽtiſco arbore abũdat. Ouid.libro.15.Hinc calidi fontes,lentiſciferumq; tenetur Linternum.

4 Lactucis.

Circelæ

¶Plynius lib.19.ait Lactucas in binos pedes aliquãdo ſe pãdere,ſed in Circelẽſi agro ampliſſimas prouenire.

5 Lauris

olympꝰ

¶In Olympo monte (inquit idem libro.16.capi.33.) nulla eſt arbor Lauro copioſior. Idem libro.15.Laurus (inquit)non quia perpetuo Viret,nec quia pacifera eſt, præferenda Vtiq; Myrto & Oleæ eſt,ſed quia ſpetatiſſima in monte Parnaſo,ideoq; etiã Apollini grata.Ouid. libro.11.Ille caput flauum Lauro Parnaſide Vinctꝰ,Politianus in Nutricia,Non te Vates Parnaſide Lauro nequicq̃ deus,& cithara dignatus honore eſt. Virgi.libr.2. Georgi.Et iam Parnaſia Laurus Parua, ſub ingenti matris ſe ſubiicit Vmbra.Laurum Peneiam plerunq; appellãt poetæ,a Peneo Theſſaliæ fluuio,iuxta quẽ frequens eſt hęc arbor.Val.Flac.libro.1.Et in ſummo Laurus Peneia Cono,Stroza pater. Iuniperi Virides & te Peneia Laurus.Mantuanus lib.3.Parth.Marianę Narciſſi caput attollunt,Peneia ridet Laurus.Permeſſum Bœotię fluuium Lauros habere docet Pontanus libro.2.de hortis

Parnaſus

Peneus

Permeſſus



heſp.dicens.Benaci de fonte ferat Permeſſida.Laurum: Phocis Sabel.in Eleg.Phocaicæ Laurus,Libethridũq; chori. Sicyon quoque vrbs Oleo & lauro abundat,vnde Sicyonia bacca dicitur,Plyniꝰ libro decimoquinto. ait plurimam laurum in Ida,& circa Heracleam ponti prouenire.

Phocis

Sicyon

Ida

6 Lacte.

¶Saſſina vrbs Vmbriæ. Plauti patria,Lacte abundat, Syllius Saſſina diues lactis.Martialis. Metam quod lactis ſaſſinate de ſylua.Lituania tãtam habet lactis copiã vt eius regionis incolæ ſemp fere lacticinijs vtantur & melle.Habent & Fortunatæ inſulæ magnam vim lactis, Vnde Hora.in Epodo.Illic iniuſſæ veniũt ad mulctra capellæ,Refertq; tanta grex amicus vbera.

Saſſina

Fortunatę iſulæ.

7 Leonibus.

¶Africa.Ouidius libro quarto Triſt.Tempore pœnorum compeſcitur ira Leonum.Idem de omnibus prope Africæ partibus memoratur.Getulia.Hora.At qui non ego te Tigris vt aſpera, Getuluſue leo frangere perſequor.Lybia.Martia.libro ſeptimo. Iam cernes Lybicũ vallo aſſultare leonẽ.Caſpia.Statiꝰ libro octauo Theb. Cæde redit,ſic Hircana leo Caſpius vmbra. Marmarica.Nemeſianus.Et ſua Marmaricos coget iuga ferre leones.Seneca in Agamemnone.Marmaricus leo Morſus cruentos paſſus audacis leæ.Maſſyllia.Codrus.Ante pauens capiet Maſſyllum dama leonem.Claudianus.Maſſyllam cerui non timuere iubam.Habet & Parthia leones.Marullus. Quos fera Tygris,quos leo parthicus. Mauritania.Pontanus.Sed prius aut mauro veniam fera præda leoni.Horatiꝰ lib.1.Car.Nec Iubæ tellus generat leonum Arida nutrix.Plynius lib.8.ſcribit ſolam ſyriam leones nigros alere.

Africa

Getulia

Lybia

Caſpia

Marmarica.

Maſſyllia

Parthia

8 Lente.

¶Lens legumen eſt,quo qui veſcerentur,olim equiore animo heri crediti ſunt.Frequens eſt Aegypto,& Peluſio Nili hoſtio,Martialis.Accipe Niliacã Peluſia mu

Aegyptus.

Peluſiũ

Universidad de Deusto Biblioteca



nera Lentẽ. Virgi. lib. 1. Georgico. Nec Peluſiacæ curam
aſpernabere lentis. Ouid. lib. 5. Faſto. Et pereunt lentes,
aduena Nile tuę. Quintia. in Orpheo. Cur peluſiacę ſpre
ta eſt quoq; copia lentis.

9 Lino.

Aegy/ ¶ Abundat Aegypt⁹ Lino tenuiſſimo. Syllius lib. 3. Et
ptus. peluſiaco filum componere Lino. Argumentum maxi
mæ tenuitatis eſt, ꝙ ſingula fila. 365. filis conſtare dican
tur, cuiuſmodi viſa ſunt in Thorace amaſis regis, q Rho
di viſebatur, autore Plynio. æthiopes, & Indi ex malis,
arabes ex Cucurbitis, aſiatici ex Geniſta Lina demetũt.
Eſt & ſua gloria Cumano in Campania, quo ad piſcium
Cumæ capturam vtuntur eius vrbis incolæ. Carbaſinum Linũ
tarraco apud Tarraconẽ repertũ, eſt ex quo Nautica vela confi/
ciuntur, Ex quo & Carbaſus nomen habet. Naſcitur Li/
num in deſertis Indię, apud Caryſtum inſulam tanta bo
India nitate & excellentia, vt margaritarum adæquet preciũ.
Carbaſinis veſtibus Indi & arabes corpora velant, quæ
ſunt auro purpuraq; diſtinctę, vt ſcribit Curtius. Vñ Pro/
pertius lib. 4. Rapta ve odorato Carbaſa lina duci. Seta/
bis vrbs Hiſpaniæ agrum habet nomine ſpartarium, a
Setabis ſparto lini genere. Plynius quoq; ſcribit citeriorẽ Hiſpa
niam habere ſplendorem lini pręcipuum. Setabica lina
probat Catullus dicẽs. Nam ſudaria ſetaba ex Iberis Mi
ſerunt mihi muneri Fabullus, Et Verãnius. Idem. Remit
te pallium mihi meum quod inuolaſti, ſudariumq; ſeta
bum, Catagraphonq; linum.

10 Larice.

¶ Laricem arborem frequentem eſſe in Ida, docet Ply
Ida nius libro. 16.

11 Luto fictili.

¶ Samon & ſagunthũ luto fictili ad vaſa aptiſſimo abũ
Samos dare certum eſt. Martialis lib. 8. Ficta ſagunthino Cym/
Sagun/ bia malo Luto. Idem lib. 14. Sume ſagunthino pocula
thus ficta luto. Eandem ob cauſam lagena vocatur ſagunthĩ
na a Iuuenale.



12 Lænis veſtibus.

¶ Pellene vrbs fuit achaiæ, a Pellene Titane condita, Pellene
apud q̃ optimæ fiebant Lænæ veſtes, quæ egregie bellã
tibus dabantur in præmium virtutis.

13 Lapide ſpeculari.

¶ Lapis ſpecularis in Hiſpania reperitur, & in bononia hiſpãia
Italiæ, quem quidam humore terræ glaciati modo cry/
ſtalli dicunt.

14 Ladano.

¶ Ladanum frutex eſt odoratus, quo abundant arabes Arabia
& Nabathæi Syriæ contermini.

15 Lacertis.

¶ Naſcuntur in Arabia lacertæ duorum cubitorum,
In Nyſa vero monte Indiæ. 24. pedum longitudine. Vo Nyſa
laterranus ſcribit in Aethiopiæ inſulis captam a regibus
Luſitaniæ lacertam octonum cubitorum longitudine,
tanto oris rictu, vt ſolidum infantem deuoraſſet. Capra/
riã vna ex Fortunatis inſulis, itidem lacertis referta eſt,
autore Plynio.

16 Locuſtis.

¶ Incolę Caſii montis adeo quondam locuſtis infeſtati Caſius
ſunt, vt cõtra eas Iouis auxiliũ implorauerint & ſeleu
cidum auium eas perimentiũ aduentũ. Graculi a Theſ/
ſalis, Illiriis, & lẽniis nutriũtur contra locuſtas, quorum
vi maxima obruũtur, vbi certa mẽſura eſt pręfinita, quã
ſinguli enectarunt ad magiſtratus deferant. Magneſii & magne
Epheſii contra locuſtas ordine militari ad bellũ exeũt, ſii
tanta eorum animalium ſcatat mulititudine. In mari In/ Epheſii
dico, locuſtæ aquatiles quaterna implent cubita, autore India
Plynio. In india ternum pedum longitudinis eſſe tradũ
tur cruribꝰ & femoribus ſerrarum vſum præbentes quũ
inaruerunt. In Cyrenaica regione lex eſt ter anno debel Cirenæ
landi eas. Necarii & in Syria militari imperio cogũtur, Syria
quæ tamen Parthis in cibo gratæ ſunt.

17 Lupis piſcibus.

¶ Lupum piſcem laudatiſſimum capi Romę in Tyberi

Universidad de Deusto Biblioteca



fluuio ſcribit Plynius libro. 9.

18 Lupis feris.

Croton — ℭCælius ſcribit Lupos apud Crotoniatas maxime ſcaſtere, a quibus Milonem ibidem deuoratum ſcribit.

19 Lagnibus.

Mæander — ℭLagnis piſcis apud mæandrum & Lycum Aſiæ, item apud ſtrymonem Europe fluuios cernitur.

20 Loto.

Africa — ℭLoton arborem gignit Africa, ſed præcipua eſt circa ſyrtes, atq; Naſamones, autore Plynio.

21 Lilio.

Antiochia, Suſa — ℭLilium laudatiſſimum eſt in Antiochia & Laodicea ſyriæ mox in Phaſelide. Quartum locum obtinet in Italia naſcens. Suſa vrbs perſarum a Mennone condita nomen, ſumpſit a Liliorum multitudine, Nam Perſę ſuſam vocant lilium.

22 Leporibus.

Baleares — ℭBaleares inſulæ tot quondam leporibus obrutæ ſunt vt eius loci habitatores aduerſus prouentum eorum, auxilium militare ab Auguſto petiuerint. Nam prius famē regioni populatis meſſib⁹ attulerant. Leporem marinū tactu peſtilentem habet indicum mare.

23 Lyncibus.

Aethiopia — ℭLyncas frequētes generat Aethiopia, autore Plynio lib. 8. cap. 12.

ℭHabet Ledonem herbam Arabia, Leſbidem gemmā Leſbos.

## ℭDe litera. M.

1 MElle, Hybla, ſicilia, hymett⁹, Attica, Calydna ſabæi, Calabria, Fortunatæ inſulæ, Cyrnus, Torini, India, mellaria.

2 Marmore, ſinada, Numydia, Laconia, Tænarus, Arabia, Thaſos, Caryſtos, Luna, Eurotas, ſyene, paros, ſicyon, chios.



3 Meretricibus, ſuburra, Corinthus.

4 Myrtis, ſparta. orontes, Eurotas.

5 Metallis, Ilua, Amathus, Temeſe, Luna vrbs, Hiſpania, Italia.

6 Murice, Tyros, Africa, Baiæ, Getulia, Phocis, Terentum, ſidon, laconia, aſſyria.

7 Muribus, Coſę, Aegyptus, Argillus, Gyarus, Troas, Perſis.

8 Meſſibus, India, Africa, Aegyptus, Lybia, Coronia, Gargarus.

9 Mercibus, Orientales, Thebæ.

10 Minio, minius. ſiſapo.

11 Margaritis, india, Taprobane, Perimula, Caſcādrus, Tilos, Palæogones, Britannia.

12 Muli Hiſpania.

13 Mulis piſcibus, mare ſiculum.

14 Magalibus, Getulia.

15 Myrha, Arabia, Orontes, Aſſyria.

16 Muſculis, ſtimphalis.

17 Muriis, antipolis.

18 Monilibus, india.

19 Murrha gemma, Parthia.

20 Montibus, macedonia, Corſica.

21 Molaribus, antron.

22 Melino, melo.

23 Magnete, India, ſiphnus.

24 Melonibus, Oſtia.

25 Muſcis, Cyrenæ, megaris.

26 Myricis, Aegyptus.

27 Mirobalano, Troglodite,

28 Malobathro, Syria.

29 Meliloto, Attica, Nola.

30 Mantichora India.

31 Menope, Pæonia.

32 Muribus araneis, Britannia.

33 Monocerote, Aethiopia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



34 Margaris piſcibus,mare rubrum.
35 Membrana, Pergamus
36 Malis punicis,Carthago.
37 Malis Cydoneis,Cydon.
38 Milio,Aethiopia,Campania,Niuernia.
39 Malua,Arabia
40 Moly Herba,Cyllene.
41 Militibus , Italia.
42 Mulis piſcibus,Oceanus ſeptentrionalis.
43 Merulis albis,Cyllene.
44 Aliȷs rebus,alia loca:

1 Melle.

Hybla mons Siciliæ optimo abundat melle,Sido-
nius.Quales mellifera virent in Hybla.Martialis
lib.11.Mella iubes Hyblæa tibi,vel hymettia na-
ſci.Põtanus.Regna tenet laticis,quem florida deliquat
Sicilia Hybla,Hybla faui & melis,diues & Hybla Thymi.Sici-
lia Varro li.3.de re Ru.Propter hoc Siculũ mel fert pal-
Himet- mã,ꝙ ibi Thymũ bonum & frequens eſt.Hymettꝰ mõs
tus Atticæ.Statius li.6.The.Strident & Hymettia mella.Põ-
tanus.Regna tenet mellis pulcher Hymette tui.Attica,
Attica Ouid.Adiice de flauis Attica mella fauis.Plynius.Mel-
lis Attici in toto orbe ſumma laus exiſtimatur.Martia.
Si tibi Cecropio ſaturata Cydonia mele ponentur.Ca-
lydna vna eſt Cicladũ,mellis itidem ferax.Ouidius li-
bro octauo.Dextra Lebinthos erat,fœcundaq; mel-
Sabæi le Calydna.Scribit Plynius Sabæos eſſe ditiſſimos ſil-
uarum fertilitate odorifera,auri metallis,agrorum,ri-
calabria gui mellis,cæręq; prouentu Calabria.Horatius.Quam-
Fortu- quam nec Calabre mella ferunt apes.In fortunatis inſu-
natę iſu lis copia eſt optimi mellis.Horatius.Mella caua manãt
læ. ex Illice montibus altis.Cyrnus inſula eſt abundãs mel-
Cirnus le,ſed illaudato.Virgi.Sic tua Cirnæas fugiant examina
Taxos.Torini populi indiæ victitant melle,quo affluũt
Val.Flac.libro ſexto.Mellis honos Torinis.Strabo ait
India in India arundines ſine apum auxilia mel ferre ſuauiſſi-



mum.Mellaria oppidum Hiſpaniæ meruit nomẽ,a co-
pia mellis.

2 Marmore.

¶Sinada oppidum Phrygiæ,ad.60.ſtadia proximum Sinada
habet vicum Docimũ,vbi marmor naſcitur,quod inco-
læ Docimitẽ,Romani Sinadicũ vocãt.Horatius.Quod
ſi dolentem nec Phrygius lapis,nec purpuratum ſidere
clarior Delinit vſus.Hac ratione Pontanus Idęas vocat
columnas dicens.Hinc etiam templa idæis innixa colũ-
nis,Stroza filius.Regiaq; idæis condita marmoribus.Ti-
bullus.Quidue domus prodeſt Phrygiȷs innixa colum-
nis:Claudianꝰ.Precioſaq; picto marmore purpureis cæ-
dit quod Sinada venis.Statius libro primo Syl.Sola ca-
uo Phrygiæ mitit quam ſinados antro,Ipſe cruentauit
maculis lucentibus Atis.Commendatur & marmor nu-
mydicum,quod.M.Lepidus primus omnium Romæ
oſtendit maculis quidem purpureis variatum.Nam hũc
lapidem Atys quum in Phrygia Cybelem fugeret,cruẽ-
taſſe dicitur,vocatur autẽ Porphyrites.Plynius ait præ-
ter marmoris Numidici,ferarumq; prouentum,nullũ
aliud eſſe regionis inſigne.Propertius lib.2.Tãta erat in
ſpecie Pœnis digeſta colũnis.Martialis.Marmore picta
Nomas.Laconicum marmor viride erat,& cunctis hila- laconia
rius omniumq; precioſiſſimũ.Statius in Syl.Hic dura la-
conum Saxa virent.Tænarus laconiæ promontorium Tęnarꝰ
marmor habuit laudatiſſimũ.Tibullus.Quidve domus
prodeſt Phrygiȷs innixa colũnis,Tęnare ſiue tuis,ſiue ca-
ryſte tuis:Thaſos Cycladũ vna marmor habuit maculo- Thaſos
ſum,quod Thaſiũ dicit.Caryſtos vrbs Euboiæ marmor cariſtos
habuit laudabile,quo primus in columnis Romæ vſus
eſt mamurra.Plynius.Caryſtos(inquit)nobilis,nobilior
tamẽ marmore.Lucanus.Qua maris anguſtat fauces la-
pidoſa Caryſtos.Seneca ferax variȷ lapidis Caryſtos.
¶Luna vrbs Ethruriæ marmor habuit candidum & lu- luna
cidum,quam propterea metalliferã,ideſt marmoris fe-
racem vocat Statius,dicẽs.An ne metalliferæ repetit iã

Universidad de Deusto Biblioteca



mœnia Lunæ Eurotas Laconiæ fluuius ab eiuſdem rei
præſtantia commendatur. In ſyene Aegypti vrbe fodie
Syene batur etiã maculoſum marmor, quod Pyropœcidos.i.
igneis maculis variatum dicitur. Eo faciebant obliſcos
Aegypti reges. Paros quoque Aegæi maris inſula mar/
mor habuit laudabile. Plynius ſcribit Aegyptium Laby
rinthum lapideis e paro columnis fuiſſe factũ. Horatius.
Vrit me Glyceræ nitor, ſplendentis pario marmore pu/
rius. Ouidius libro tertio Metamorpho. Hæret vt e Pa/
rio formatum marmore ſignum. Sabelli. Pariiſq; nitet
qua fulta columnis Porticus. Apud ſicyonem marmo/
Sicyon rum fuit nobilis vena vbi Dipœnus & ſcyllus Cælato/
Chios res patria Cretenſes claruerunt. Chios quoque maris
& alia Aegæi inſula, Taygetus, ſeu Taygetum mons Laconię,
loca Hymettus Atticę, Doniſa, Liguria, Dalmatia marmoris
eximij laudem meruerunt.

Teſtimonia rerum prædictarum.

Teſti/ ¶ Statius libr. 1. Syl. ſic inquit. Hic Lybicus, Phrygiuſq;
monia. ſilex, hic dura Laconum ſaxa virent, Hic flexus Onyx,
& concolor alto Vena mari. Idẽ. Non huc admiſſæ Tha/
ſos, aut vndoſa Caryſtos, Mœret Onyx lõge, queriturq;
excluſus Ophites. Sola nitet flauis Nomadũ deciſa me/
tallis purpura, ſola cauo Phrygiæ quam ſinados antro
ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys. Quæq; Tyri ni
ueas ſecat & ſidonia rupes. Vix locus Eurotæ viridi, quá
regula longa ſinada diſtinctum variat. Idem lib. 2.
Hic Grafis penitus delecta metallis.
Saxa, quod Eoæ reſpergit vena ſienes.
Sinade quod mœſta Phrygiæ fodere ſecures.
Hic & amyclæi cæſum de monte Lycurgi
Quod viret, & molles imitatur rupibus herbas.
Hic Nomadum lucent flauentia ſaxa, Thaſoſq;
Et Chios, & glauca certantia Doride ſaxa. Idem.
Mons Lybis, Iliacuſq; nitent, & multa ſiene.
Lunaq; portandis tantũ ſuffecta columnis. Sabellicus.
¶ Hanc Lybicæ cõmendat purpura venæ, Nilacuſq; la
pis,



pis, Phrygiuſq; & quicquid Ethruſco litore Luna ſecat,
ſecuitq; Argiua Caryſtos. Idem cui venoſa Thaſos latus
hoc preſtrinxit, & illud, Taygetuſq; virens, necnõ cerea
lis Hymettus. Horatius. Non trabes Hymettiæ premũt
colũnas vltima reſciſſas Africa. Martialis. De marmore
omni, quod Caryſtos iuenit, Quod Phrygia ſinas, Afra
quod Nomas mittit, & quod virẽtem fonte lauit Euro
tas. Virgilius in Cyri. Marmoreamq; Paron, viridemq;
Donyſam, Olearon, niueamq; Paron. Ouidius libro ſe/
ptimo Meta. Planamq; Seriphõ, Marmoreamq; Parõ.
Pamphilus illius ſub corde riget lapidoſa caryſtos, illi⁹
duro pectore dura Nomas. Sidonius. Hic lapis eſt de qn
que locis dans quinq; colores. Aethiopis, Phrygius, Pa/
rius, Pœnus, Lacedæmon, Purpureus, viridis, maculo/
ſus, eburnus, & albus Sabellicus. Quamuis Spartano cõ
ſurgant atria ſaxo. Sublimeſq; ornet poſtes Titana Cary
ſtos. Syllius, Tunc quos a niueis exegit Luna metallis.
Sidonius Iam ſi marmora inquiras nõ illic quidẽ paros
proconiſſos, Caryſtos, Phryges, Numydæ, Spartiatæ ru
pium Variatarum poſuere cruſtas. Pamphilus, Delphica
quæq; Paros fert, & lapidoſa Caryſtos Marmora, quęq;
gerit Sinada, quęq; Thaſos,

3 Meretricibus.

¶ In Suburra vico vrbis Romæ fuerunt meretricũ do/ ſuburra
micilia, quæ propterea Suburranę dicuntur. Pamphilus
Deq; Suburranis Thaida fornicibus. Martialis. Famę nõ
nimium bonæ puellam, Quales in mediam ſedent ſu/
burra. Corinthus vrbs tãtis delicijs eneruata eſt, vt Vene corith⁹
ris templum ibidem fuerit, vbi mille circiter elegantes
meretrices paratæ erant venientibus ſe proſtituere, iter
quas numerantur præcipui nominis, Lais, Thais, Cyre/
ne Leæna, Synope, Phryne, Sicione, Vnde natum pro/
uerbium. Corinthiari.i. Laſciuire.

4 Myrtis.

¶ Sparta. Virgilius. in Battarum. Et violæ genus omne Sparta/
hic eſt, & Spartica Myrtus. Orontes. Salmonius. Non na Orõtes

Universidad de Deusto Biblioteca



eurotas Thabor horum animos,nō myrtifer angit Orontes.Eu
rotas. Catullus, Quales Eurotæ perpingunt flumina
myrtos.

5 Metallis.

Ilua ¶ Ilua inſula Thuſciæ adiacens,clara eſt metallis. Virg.
lib. 10. Aſt Ilua trecētos,Inſula in exhauſtis Chalybum
generoſa metallis. Syllius. Nō totidem Ilua viros,ſed le
ctos cingere ferrum Armarat patrio (quo nutrit bella)
metallo. Stroza fili⁹, Quinq; metalliferę ſaxa ardua ſub-
didit Iluæ. Plynius. Venaria ilua,cum ferri metallis. De
amath⁹ Amathūte Cipri ciuitate. Ouid. lib. 10. At ſi forte reges
fecundā Amathunta metallis. Idem. Piſcoſamq; Gny-
temeſe dō grauidamq; amathūta metallis. De Themeſe Cypri
vrbe Statius libro. 1. Syl. Et queis ſe totis Temeſe dedit
hauſta metallis Ouidius lib. 15. Hippotadeq; domos re-
gis Temeſeſq; metalla. Idem lib. 5. Faſt. Rurſus aquā tan
Luna git Temeſæaq; cōcrepat Aera. De luna vrbe Ethruriæ,
Statius lib. 4. Syl. an ne metalliferæ reperit iam mœnia
hiſpāia Lunæ? Poſidonius dicebat Plutum deum opulentię ha
Italia bitare ſubterranea Hiſpaniæ tanta eſt in eo terrarū tra-
ctu, metallorum fœcunditas, Italia (inquit Plynius) me-
tallorum omnium fertilitate nullis cedit terris.

6 Murice.

¶ Murex piſcis eſt cuius humore fit color purpure⁹, &
qñq; pro purpura capit murice autem claruerūt loca ſe
Tyros quentia, Tyros. Virgi. Tyrioq; ardebat murice lęna. Afri
Africa ca Horatius. Te bis afro murice tinctæ Veſtiunt Lanæ.
Baię Baię. Idem lib. 2. Ser. Murice Baiano potior Lucrina. Pe
getulia loris. Getulia. Idem. Argētum veſtes Getulo murice tin
Phocis ctas. Phocis Ouid. lib. 6. Meta. Phocaico bubulas tinge-
Tarētū bat murice Lanas. Tarētum. Sidonins. muricis Tyrij, ſeu
Sidon Tarentini conchilato ditat indutu Idē ipſaq; quæ perijt
trepidauerat vncta Tarentus. Sidon ſidonius. Serica ſi-
donius fucabat vellera murex. Lucan⁹. Et Tyros inſtabi-
lis, precioſaq; murice ſidon. Laconia. Pamphilus. Picta,
Aſſyria nec Oebalio fulget quæ murice veſtis. Aſſyria. Sidoni⁹



Aſſyrius murex, nec tibi ſigna dabit. Idem dicendum de
locis Oſtro & purpura claris,

7 Muribus.

¶ Coſæ vrbs Italiæ muriū quotidiæ erumpētium mul- Coſæ
titudine obruta eſt, Tanta eſt in Aegypto murium abun Aegy-
dantia, vt & ſegetes populentur, hiſq; litatione & votis ptus
reſiſtere oporteat. Argillus mōs Thraciæ dict⁹ eſt a mul- Argill⁹
titudine murium, qui in terra ibidem reperti ſunt cōcer
tantes. Argillus lingua Thracummus dicitur Scribit Ply Gyarus
nius ex Gyaro Cycladum inſula. incolas, muribus fuga- Troas
tos. Plurimi & ad Troadem peruenīūt, vnde iā magno
prouentu fugauerunt accolas.
¶ Tantus fuit apud Perſas murium prouentus, vt reper Perſis
tæ ſint prægnantes in vtero parentum, teſte Plynio.

8 Meſſibus.

¶ Habet Aegyptus binas in anno meſſes, ac totidē æſta Aegy-
tes. De Africa & Aegypto, Stati⁹ lib. 3. Syl. Quod meſſi- ptus
bus Afris verritur, æſtiferi quicquid terit area Nili. Aegy Africa
ptus ab antiquis orbis horreum vocata eſt, quo dei, ani-
mi gratia & ſalutis confugere ſoliti ſunt. Lybia. Horati⁹. Lybia
Quicquid de Lybicis verrit areis. Martialis. Poſſideat
Lybicas meſſes. Hermūq;, Tagumq;. Idem Tercentum
Lybici modios de meſſe Coloni ſumi. Seneca. Non
quicquid Lybicis terit Feruens aram meſſibus. Coronia
vrbs Theſſaliæ. Statius libro ſeptimo Theb. Exilem Gli
ſanta, Coroniamq; feracem, meſſe Coroniam, Baccho Corōia
Gliſanta colentes.
¶ Gargarus mons in Ida. Claudianus. Iam flaueſcentia gargar⁹
centum meſſibus, æſtiuæ detondent Gargara falces. De
his & alijs huiuſmodi ſcribit Sidonius.

Huc veniet calidis quantum metit Africa terris.
Quantum vel Calaber, quantum colit Appulus acer.
Quanta Leontino turgeſcit meſſis aceruo.
Quantum mygdonio committunt Gargara ſulco.
Quantumq; & tacitis Cererem venerata choræis.
Attica Triptolemo ciui condebat Eleuſis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



9 Mercibus.

Orien/ ℭOrientales populi variarum rerum mercibus, Vt gē/
tales mis auro, argento, thure, Balſamo, cæteriſq; rebus aro/
maticis abundat. Hinc Stroza filius merces Eoas vocat,
Thebæ dicens. Ille dat Eoa lectos de mercede lapillos. Thebæ
Vrbs centum portarum fama nobilis copioſa fuit Indi/
carum, Arabicumq; mercium.

10 Minio.

Minius ℭMinio pigmento abundat Minius Iberiæ fluui⁹ no/
men inde adeptus, Michael Anglicus. Parte alia Venit
minio rubicatus Ibero. Proper. Vt Mæotica nix Minio
ſi certet Ibero.
Siſapo ℭSiſapo locus Hiſpaniæ optimū habet Minium. Plyn.
Celeberrimum Minium ex Siſaponenſi regione Betica
Miniario metallo. Reperitur & Miniū apud Colchos,
in rupe quadā inacceſſa. Optimū vero ſupra Epheſum.

11 Margaritis.

india ℭMargaritis lapillis abūdat india. Ply. Quātum apud
nos indicis margaritis preciū eſt, Idem lib. 9. Principiū
ergo, culmenq; omnium rerum precii margaritæ tenēt.
Indicus maxime has mittit Oceanus. Bap. pius. Indaq;
gemmiferis margaris acta vadis. Habet etiam margari/
Tapro/ tas Taprobane Arabia inſula. item Perimula promon/
bane torium indiæ. Laudantur circa Arabiam in perſico ſinu
Perimu mari rubri. Scribit Ply. Caſcādrum inſulam. eſſe deſertā
la in Oceano īdiam verſus, margaritis quæſtuoſam. Tilos
Caſcan quoq; Arabiæ inſula, celeberrima eſt margaritis. Palæo
drus gones icolæ ſunt Taprobanes inſulę auri margaritarūq;
Tilos grandium fertiliores quam indi. Tacitus ſcribit Britan/
Palæo/ niam aurū & argētum, aliaq; metalla gignere, & Ocea/
gones num margaritas, ſed ſubfuſcas & liuentes Suetonius ait
Britan/ Cæſarem in Britanniam nauigaſſe, cauſa margaritarū.
nia

12 Mulis.

Getulia ℭHiſpania. Stroza pater. Hiſpanaſq; ſimul malas, man/
noſq; Britannos Adde.

13 Murenis piſcibus.



ℭMare ſiculum. Martialis, Quæ natat in ſiculo grādis
Murena profundo. Ply. probat lupum Tyberis, Rhom/
bum Rauennæ, murenam ſiciliæ, & Elopem Rhodi. Sicilia
Sunt & prope Tarteſſum Hiſpaniæ vrbem delicate Thartes
murenæ. Quintianus Traxit & Tharteſſia murena quoſ ſus
dam.

14 Magalibus.

ℭMagalia, ſeu mapalia dicuntur Hetulorum caſe quæ Getulia
calamis tegūtur. Martialis Tecum ego, vel ſicci Getula
mapalia pœni, & poteram ſcythicas hoſpes amare ca/
ſas. Item Virg. de Mercurio loquens, vt primū alatis te/
tigit magalia plantis. Ad hunc locum facere videtur,
quod Saluſtius ſcribit de Numydis, quos ait habuiſſe al/
ueos nauium inuerſos pro tugurijs. Scythæ quoq; non
alias domos habuerunt, quam volubiles & Plauſtris du
ctiles. Vnde Horatius. Campeſtres melius ſcythæ, Quo/
rum plauſtra vagas rite trahunt domos, viuunt, & rigi/
di Getæ.

15 Myrrha.

ℭMyrrhā arbuſculam aromaticam ſucco diſtillantem
habet Arabia. Virgilius in Cyri, Ille Arabis mirrhę quō/ Arabia
dam qui cepit ocellos, Pontanus. Nō mihi thure opus
eſt, aut Nardo, aut Arabe mirrha. Habet myrrhā Oron/
tes Propertí⁹ Aut quid Oronteæ crines pfundere Myr/ Orōtes
rha? Bap. pius. Carmen erat nitidum, ſi forſan Orontide
myrra, munditer impleſſet noſtra puella ſinum. Idem.
Cernis Orontæa dominæ ſi corpora myrrha Tincta?
Aſſyria. Pontanus. Et Aſſyriam redolentia pectora myr Aſſyria
rham. Excellit & Troglodytica myrrha, quæ lucida eſt
ſubuiridis & mordax.

16 Muſculis.

ℭMuſculi piſces naſcuntur in ſtymphali Arcadiæ. Stym/
pha

17 Muriis.

ℭAntipolis vrbs Aſiæ, Murijs & Thynnis piſcib⁹ abun/ ātipolis
dat Martialis, Antipolitani fateor ſum filia Thynni.

18 Monilibus.

Universidad de Deusto Biblioteca



India ¶India. Statius lib. 1. Sylua. Huic inda monilia glaucū
Proteaqꝫ, atqꝫ omnem Nereida quęrere iuſſi. Vbi loqui/
tur de forma & cultu violantillæ vxoris ſtellæ poete pa
tauini.

19 Murrha gemma.

¶Murrham gemmam (qua fiebant murrhea ſeu mur/
Parthia rhina pocula precioſa) multis in locis mittit partia. Pro/
pertius Murrheaqꝫ in Parthis pocula cocta focis.

20 Montibus.

Mace ¶Macedonia perpetuis montibus cingitur. Habet ab
do Oriente Oſſam & Pelion. ab occaſu Pindum, ab aquilo
Corſica ne Olympum, a meridie Othryn. Corſica quoqꝫ monti/
bus tanquã verticibus abũdat. Vnde & nomen ſumpſit,
Corſas enim tempora Græci vocant.

21 Moralibus.

Antrõ ¶Antron vrbs eſt Theſſaliæ cauernis & cuniculis abun
dans, quibus optimi lapides ad molas eruuntur. Gellius
vocat molas illas truſatiles, Vbi loquitur de Plauto. quē
ait operam piſtori locaſſe, & feciſſe quæſtum in agendis
mollis, illis, quas truſatiles vocant.

22 Melino.

Melo ¶Melinum pigmentum nomen ſumpſit a melo inſula
vnde exportatur.

23 Magnete.

¶Magnes lapis eſt argento ſimilis, ferrum ad ſe attra/
hens. Reperitur in India, & in ſiphno inſula maris ægei.

24 Melonibus.

Oſtia ¶Melones (quos veteres melopepones dicebant) fru/
ctus ſunt hortenſes, qui humi rotundantur, partianus
Oſtienſes probat.

25 Muſcis.

Cyrenę ¶Plynius ait Cyrenaicos Achorem deum contra mul/
Mega/ titudinem muſcarũ inuocare. eiqꝫ litera conſueuiſſe mu
ris ſcarum multitudo depopulata eſt quondã megarenſes.

Aegy/ 26 Myrica.

ptus ¶Myrica arbuſcula, naſcitur domeſtica in ęgypto & ali



bi agreſtis.

27 Myrobalano.

¶Myrobalanum arbor eſt frequens apud Troglodytas Troglo
Aethiopię, Aromaticam ferens grandem qua fit vnguē dytæ
tum precioſum. Palma quæ fert myrobalanum ꝓbatiſ/
ſima eſt in Aegypto.

28 Malobathro.

¶Malobathrum vnguentum eſt odoriferum, Syrię re Syria
gioni peculiare. Horatius. Cum quo morantem ſæpe
diem mero Fregi, coronatus nitētes Malobathro ſyrio
capillos.

29 Melitoto.

¶Melitotos herba eſt ſuauis & mellea, de qua Ouidi⁹,
Pars thyma, pars rores pars melitotõ amant. Melitotos
optimus eſt Attic⁹, Naſcitur & in Campania circa Nolã Attica
mellini coloris, odoriſqꝫ vehementis.

30 Mantichora.

¶Mantichoram feram India gignit magnitudine leo/ India.
nis, pelle villoſa & purpurea, vultu & auribus prope hu
manis triplici dētium ſerie in vtraqꝫ maxilla vtrinqꝫ acu
leis cuſpidatam, quos in certamine pro telis iaculatur.

31 Monope.

¶Monopem animal tauri magnitudine habet pęonia. Pęonia

32 Muribus Araneis.

¶Muribus Araneis, (quos Herodotus mygdalos vo/
cat) ſcatet britannia. britãnia

33 Monocerote.

¶Monoceros fera eſt ſæuiſſima, capite ceruino, pedi/
bus Elephantinis, cauda aprina, reliquo corpore ſimilis
equo, vno in fronte cornu duum cubitorũ armata, Na/ Aethio
ſcitur in Aethiopia. pia

34 Magaris.

¶Magari piſces ſunt ſpecie rotunda, & gregatim na/
tantes, ac regem ſectantes more apum. Reperiuntur in Mare
mari rubro. rubrũ

35 Membranis.

Universidad de Deusto Biblioteca



pgam⁹ ℭMembranæ Pergami primum repertæ ſunt.

36 Malis punicis.

Cartha go ℭMalum punicum ſeu granatum frequens eſt apud Carthaginem, Vnde cognomen ſumpſit.

37 Malis Cydoneis.

Cydon ℭMalis Cydonæis(quæ & Cotonea dicuntur)nomen dedit Cydon vrbs Cretæ, in qua magnus fuit eorum ꝓ/uentus.

38 Milio.

cāpania ℭMilio gaudet Cāpania, pultemq; candidam eo facit. Sarmatarum quoq; gentes hac maxime pulte aluntur.
Aethio pia Aethiopes non aliam frugē, q̄ milij, Hordeiq; nouere. Habent & Niuerni agros milio perinde ac frumēto, aut
Niuer nia alij ſegetibus refertiſſimos, quo etiam contrito, & in fa/rinam redacto pultem conficiunt.

39 Malua,

Arabia ℭMaluas Plynius ſcribit in Arabia ſeptimo mēſe arboreſcere, quod eſt argumentum magnæ fertilitatis.

40 Moly herba.

ℭMoly herba a Mercurio reperta, maxime contra ve/
cyllene nena efficaciæ naſcitur in Cyllene Arcadiæ.

41 Militibus

Italia ℭPlynius ſcribit Italiam nunciato Gallico tumultu ſo/lam ſine externis vilis auxilijs armaſſe peditum. 80. mi/lia equitum. 700. milia.

42 Mulis piſcibus.

Ocean⁹ Sep. ℭMulos piſces ſeptentrionalis gignit Oceanus, & ꝓxi/ma pars occidentis.

43 Merulis albis.

cyllene ℭMerulæ circa Cillenem Arcadiæ, nec vſq̄ alibi candi/dæ naſcuntur.

44 Aliis rebus.

ℭMithridanion herbam generat Pōtus, melichryſim gemmam, india. magudarim caulem, Syria. maſtichem arborem, Chios inſula.



ℭDe litera. N.

1 NIuibus, Taurus, Scithia, Thracia, Othrys, Rhodope, Atlas.
2 Nemoribus, Zacynthos, Egaleos, Atlas.
3 Nucibus, Auella, Prænaſte, Tarentum, Thaſos, Per/ſis, Pontus.
4 Nardo, Perſis.
5 Nymphis, Oceanus.
6 Napis Amiternum.
7 Nebridibus, Nebris.
8 Nitro, Epyrus.
9 Naſturcio, Babylon.
10 Neadibus, Samos.
11 Narciſſo, Licia.

1 Niuibus.

TAurus, Othrys, Rhodope, Scythia, Thracia, nul/lo fere tempore non rigent niuibus, gelu, ac glacie. Taurus. Remaclus, Rupibus impono. Taure niuoſe tuis. Scythia. Lucanus. Solibus & nullis ſcythicę, quum bruma rigeret Dimaduere niues. Thracia, Stati⁹ libro. 11. Biſtonię tepuere niues, Ouidius Brachia ſitho nia cādidiora niue, Othrys. Claudianus, Laſſa per Othri ſias fundere membra niues. Rhodope. Ouidius in Epi/ſto. Qua patet vmbroſum Rhodope glacialis ad hemū. Scribit Plynius Atlantis verticem, altis etiam æſtate ni/uibus operiri. Taurus Scithia Othrys Rhodope Atlas

2 Nemoribus.

ℭZazinthos inſula non procul Corintho. Virgi. libr. 3. Aenei. Iam medio apparet fluctu numeroſa zacinthos. Egaleos mons Atticæ. Stati⁹ libro. 12. Diues & Egaleos nemorum, Parneiq; benignus vitibus. Atlas(inqt mar/tianus Capella)nemoroſus eſt, ſcatens fontibus, ſed, ru/pibus infœcundus. Zacin/thos egaleos Atlas

3 Nucibus.

ℭAuella vrbs Campaniæ, nuces habuit præſtātiſſimas.

Plynius. In melle ſumitur Nucis auellanę magnitudine. Idem. Nuces auellanæ capitis dolorem faciunt, Virg. Et qui malliferæ deſpectant mœnia Auellæ. Plyni° laudat Tarentinas amplitudine, & putaminis molliciæ. Colu/mella. Nucem Græcã auellanam, & Tarentinã hoc mo/do facere poteris. Thaſiæ. Quintianus Thaſia nux quoſ/dam, Cilix & piſcis aliquos. Varro apud Gellium ſcaros Cilices, Nuces Thaſias, palmas Aegyptias, Glandes Ibe/ricas inter cibos electiles reponit. Optimum genus Nu/cum fuit perſicũ, autore Plynio. Politianus in Ruſt. Sor/naq; cũ cerafis, duroq; putamine clauſa perſica nux. Ply/nius laudat põticas. Vnde Statius li. 1. Syl. Quicquid no/bile ponticis nucetis.

Tarẽtũ

Thaſos

Perſis

4 Nardo.

India Perſis

ℭ Nardus, ſeu nardum frutex eſt aromaticus quo india & perſis abundãt. Horatius. Nunc & achęmenio perfun/di Nardo iuuat. Plynius. Cuius folia nihil ab indico nar/do diſtant.

5 Nymphis.

Ocean°

ℭ Oceanus nymphaꝝ omnium pater eſt, Catullus. Nõ genitor nympharum abluat oceanus.

6 Napis.

Amiternum Aegyptus

ℭ Amiternum vrbs campaniæ napis abundat. Martia. Hos Amiternus ager felicibus educat hortis. Plyni°. Na/pi vero Amiternini (quorũ eadem fere natura) gaudẽt æque frigidis. Napus in ægypto mire celebratur, ꝓpter olei celebritatem, quod de ſemine eius faciunt.

7 Nebridibus.

Nebris

ℭ Nebrides dicunt Damarum, ſeu ceruorum peles. His abundat mons nebris nomine, autore ſolino.

8 Nitro.

Macedonia Aegyptus.

ℭ Nitrũ lapis eſt ſulphuri cõmixtus, & natura ſali proxi/m°. Apud Epyrũ fit eodẽ quo ſal modo. Optimũ creſcit in Macedonia, quod vocant coleſtricũ. In ægypto confi/citur multo abundantius, ſed deterius. Nitrariæ egregię Aegyptiis circa Memphim eſſe conſueuerunt.



9 Naſturcio.

Babylõ

ℭ Naſturcium herba eſt torporem & hebetudinẽ exci/tans. Frequens eſt apud Babylonem.

10 Neadibus.

Samos

ℭ Neades animalia ſunt, quorum voce abrumpitur ter/ra. Reperiuntur in ſamo inſula.

11 Narciſſo.

Lycia

ℭ Plyni° ait probatiſſimum narciſſum creſcere in lyciæ montibus.

## ℭ De litera O.

1 OStro, Lemannus, ſarra, ſidon, Aſſyria, Phœ/nicia, Tenarus, Chalcedon.
2 Oleo, & oliuis, venafrũ, trebia, peparethos, ſabini, Eurotas, Lycabeſos, Betis, paropotamia, for/tunatæ inſulæ, Taburnus.
3 Ouis, Velitræ, pygmæi, Oonæ.
4 Ouibus, Galeſus, Canuſium, Gallia, Calabria, Appu/lia Altinum, Miletos, Tarentum, Tibareni, Aegypt° Arabia, Chios.
5 Ornis, pelion.
6 Odoribus, arabia, ſaba, perſis, aſſyria, panchaia, ida/ſpes, india, armenia.
7 Oraculis, Delphi.
8 Oſtreis, Lucrinus, Gerardaſca, Baiæ, Circæi, abydus.
9 Oppidis, india, betica.
10 Oleribus, ſyria.
11 Onagris, phrygia, Lycaonia, Mauritania.
12 Onocrotalis, Gallia ſeptentrionalis.
13 Onychite, Arabia.
14 Aliis rebus, alia quædam loca.

1 Oſtro.

LEmãnus lacus Gebẽnę ꝓpinquus colore muricis lemãn° abũdare arguit dicto Ricardi bartolini. Oſtrifero madidũ caput obiectare lemãno. Sarra, ſeu tyros

Sarra

Universidad de Deusto Biblioteca



Virgilius. Vt gemma bibat, & ſarrano dormiat Oſtro. Si/
Aſſyria dō. Ouid. Hic qui ſidonio fulget ſublimis in Oſtro. Aſſy
Phœni ria. Virgi. in Cyri. Non Libis Aſſyrio ſternetur lectulus
cia Oſtro. Phœnicia. Ruffus Feſtus. Agenoreo color hinc
Tęnarꝰ Mentirier Oſtro. Tænarus mons Laconiæ. Aegidiꝰ Ma/
Chalce ſerius Cōmedēt Oſtrū Tęnarus, atq; Tiros. Chalcedon.
don Luca. li. 9. Pōtus & Oſtriferā dirimat Chalcedona curſu.

2 Oleo & oliuis.

venafrū ¶ Venafrum Campaniæ oppidum præcipuam olei lau
dem meruit. Martialis libro duodecimo. Vncto Cordu/
ba lætior Venafro. Idē lib. 13. Hoc tibi campani ſudauit
bacca Venafri vnguentum. Horatius. Preſſa Venafranæ
quod Bacca remiſit oliuę. Pamphilus. Bacca venafranis
nunq̄ ſua ceſſit oliuis. Iuuenalis Sat. 5. ipſe venafrano pi
ſcem perfundit oliuo Plynius. Et vulgo (inquit) princi/
patum hoc bono obtinuit Italia toto orbe, maxime a/
gro ven. frano. Horatius. Viridiq; certat Bacca venafro.
Picenū Picenum regio Italiæ. Martialis. Si mihi picena turdus
palleret Oliua. Oliuam Picenam commendat Plynius:
Sicion Sicion vrbs Achaiæ, Oui. in Ibin. Aut vt oliuifera quon
dam ſicione profecto. Statius libro quarto, Theb. Qui
Trebia Drepani ſcopulos, oliuiferæ ſicionis culta ſerunt. Tre
bia, ſeu trebula vrbs Italię (quę prius Mitiſca dicebatur)
etiam claruit oliuis, Virg. lib. 7. Freti manus omnis. Oli/
uiferæq; Nitiſcæ. Peparethos inſula. Ouid. lib. 7. Meta/
Pepare mor. Et Gyaros, nitidæq; ferax Peparethos oliuę. Ager
thos ſabinorum, Ouidius libro. 3. Faſt. Primus oliuiferis Ro/
Sabini mam deductu ab aruis. Eurotas fluuius Laconiæ. Sta/
eurotas tius libro quarto Theb. Taygetiq; phalanx, & oliuiferi
Licabe/ Eurotæ Dura manus. Lycabeſos mons Atticæ. Statꝰ li/
ſos bro duodecimo. Parneſq; benignus vitibus, & pingui
melior. Licabeſos oliua. Betis Hiſpaniæ fluuius. Syllius
libro tertio. Palladio Betis vmbratꝰ cornua ramo. Mar
tialis. Betis oliuifera crinem redimite corona. Plynius
Glareoſum oleis ſolum aptiſſimum in venafrano, pin/
guiſſimum Betica. Idem Betica quidem meſſes vberti/



mas inter oleas metit. Paropotamia proxima Tigri re/
gio nō palmetis modo, verum & oleo, pomiſq; & aliis
arbuſtis nobilis eſt. Oliuis etiā abundare Fortunatas in/ Fortu/
ſulas oſtendit Horatius dicens. Germinat & nunq̄ fallē/ natę iſu
tis termes oliuæ. Taburnus mons Campaniæ. Virgilius læ.
Iuuat iſmara Baccho conſerere, atq; olea magnum ve/ Tabur/
ſtire Taburnum. nus

3 Ouis.

¶ In velitris volſcorū oppido fuit ouorum ingēs abun Velitræ
dantia. Mantuanꝰ. Iam Latii Romam caput, Ouiferaſq;
velitras. Pigmęorum caſas luto, penniſq; & ouorum pu Pigmęi
taminibus cōſtrui ſcribit Plynius libro ſeptimo, Oonæ Oonæ
eodem teſte inſulæ ſunt ponti, in quibus ouis auium &
auenis viuunt incolæ.

4 Ouibus.

¶ Galeſus calabriæ flumen ouium multitudinē quon/ Galeſus
dam fertur habuiſſe. Horatius libro ſecūdo Car. Dulce
pellitis ouibus Galeſi flumen. Canuſium vrbs eſt Appu canuſiū
liæ, in qua lanæ erant rutili coloris. Iuuenalis ſaty. 6. Pa/
ſtores, & ouem Canuſinam, Vlmoſq; Falernas, Gallia, Gallia
Horatius. Nec pinguia Gallicis creſcūt vellera paſcuis. calabria
Calabria, & appulia, Columel. libr. octauo. Generis exi/
mii Calabras, Appulaſq; milites noſtri exiſtimabant, ea/
rumq; optimas Tarētina. Nunc Gallicę precioſiores ha/
bentur, earumq; præcipuæ Altinates. Altinum autem Altinū
oppidum eſt in palude poſitum, ſimilem Rauenæ ſitū
habens. Martialis. Velletibus primis Appulia prima, ſe/
cundis nobilis Altinum, tertia laudat ouis, Plyniꝰ. Lana
autem laudatiſſima Appula, & quæ in Italia Gręci peco
ris appellatur, alibi Italica. Tertium locū Milleſię oues
obtinent. Appulę breues villo nec niſi Penulis celebres.
Circa Canuſium, Tarētumq; ſummam nobilitatem ha/
bent. Tibareni populi ſunt Trapezunti imminētes, Cha Tibare/
libibus vicini, ouium præſtantiſſimi cultores. Priſcianꝰ ni
ſeu Rhemnius in Dionyſii Geographia. Hic pecorum
eſt diues nimirum gens Tibarenū Hanc prope ſunt Cha

Universidad de Deusto Biblioteca



lybes duriſſima regna colẽtes, Quos labor exercet ſeuꝰ
terriq; metalla, Aegyptus adeo herbis exuberat, Auto/
Aegy/ptus re Diodoro Siculo, vt oues bis anno ibidem pariant,
biſq; præbeãt lanam. Herodotus ait in Arabia eſſe oues
Arabia canda trium cubitorum, quam per humum trahũt. Sũt
& minutiſſimæ oues in Chio pabuli inopia, quarum ta/
men lacte caſeus conficitur laudatiſſimus. Ibidem agni
ſtatim a partu matrem paſtoremq; agnoſcũt, & circa pe/
tulca laſciuia ſubſiliunt.

5 Ornis.

Pelion ¶Pelion mons Theſſaliæ, Val. Flac. lib. 1. Argo. Quantũ
Peliacas in vertice vicerat. Ornos.

6 Odoribus.

Arabia ¶Arabia propter varias herbas, fruticeſq; Aromaticos,
tota eſt odorifera. Statiꝰ libro primo Syl. Odoriferis ara
bum quod doctus in aruis. Calentius. Illi non arabos ſpi
rabat pectus odores. Plautus Eiq; arabico vt fumificem
odore. Stroza pater. An innumeri diues odoris Arabs?
Tibullus. Vrantur odores, Quos tener e terra diuite mit
tit Arabs. Idem. Poſſideatq;, metit quicquid bene olenti
bus aruis, Cultor odoratæ diues Arabs ſegetis. Saba Co
lu. lib. 11. Cœlitibus, templiſq; ſabæum miſcet odorem.
Statius lib. 2. Syl. Odoriferos exhauſit flamma ſabæos.
Plynius ſcribit ſabæos ditiſſimos ſyluarũ fertilitate odo
rifera. Perſis Syllius lib. 15. Altera Achæmeniũ ſpirabat
vertice odorem. Ad hoc alluſit Horatius. Perſicos odi
puer apparatus. Aſſyria. Catullus. Fragrantem aſſyrio ve
nit odore domum. Pontanus. Et rore Idalio, & ſyrio ve
neremur odore. Panchaia, & Idaſpes. Claudianus. Quic
pãchaia quid thuriferis ſpirat panchaia ſyluis, Quicquid odora/
tus longe blanditur Idaſpes. Tibul. Illic quas mittit di/
ues panchaia merces, Euiq; Arabes, diues & aſſyria. Põ/
tanus. Vos ego panchæo ſupplex venerabor odore. In/
dia. Syllius libro. 17. Qualis odoratis deſcendit liber ab
Indis. Pontanus. Dona ferens aduecta Arabo, ac bene
olẽtibus indis. Armenij Tibullus lib. primo. Iactat odo/



ratos vota per Armenios.

7 Oraculis.

¶Apud Delphos oppidum Phocidis dabantur Apolli Delphi
nis oracula. Plynius. Subeũt in hac reputatione Delphi
ca oracula, velut ad caſtigandam hominum vanitatem
a deo miſſa.

8 Oſtreis.

¶Oſtrea, ſeu oſtreæ appellantur aquatiles cõchę, qua/
rũ olim vſus erat in delicijs. Optimæ fuerũt in lacu lucri Lucrinꝰ
no. Martialis Ebria Baiano veni modo concha lucrino
Horatius. Nõ me Lucrina iuuerint cõchilia. Sergiꝰ. Ora
ta (qui primus oſtrearũ piſcinas habuit) optimũ ſaporẽ
Lucrinis adiudicauit. Gerardaſca ſtagnum eſt agri Vola
terrani, optimis oſtreis refertũ. Baiæ. Adrianus Cardiñ.
Baiana oſtrea, Murices Lupoſq; Circęi. Hora. Oſtrea cir
ceis, Miſeno oriuntur Echini. Abydus. Mantuanus. Vnꝰ
& oſtriferam Seſto qui iunxit abydon.

9 Oppidis.

¶Alexãdri magni comites in eo tractu Indię, quẽ ſube India
gerant ſcripſerunt quinq; milia oppidorum fuiſſe, In/
diamq; tertiã partem eſſe terrarum omniũ, & multitu/
dinem gentium innumerã probabili ratiõe. Indi enim
prope gentium ſoli nunq̃ emigrauere ſuis finibus. Beti Betica
ca olim habuit oppida. 175.

10 Oleribus.

¶Syria in hortis operoſiſſima oleribꝰ abũdauit. Vnde Syria
natum Adagium. Multa ſyrorum olera.

11 Onagris.

¶Onagri ſylueſtres aſini pcipui ſunt in phrygia & ly/ Phrigia
caonia. Sunt & in Mauritania curſu pernices, citoq; deſi Mauri/
ſtẽtes quos anhelos venatores propterea facile capiũt. tania
In India reperiuntur agreſtes, equi magnitudine capite India
pene rubenti, oculis cæruleis, vno in fronte cornu.

12 Onocrotalis.

¶Onocrotalos aues, Olorum ſimilitudinem habẽtes, Gallia
Gallia Septentrionalis, Oceano proxima mittit. ſepten.

Universidad de Deusto
Biblioteca



13 Onychite.

¶Onychitem gemmam in arabiæ montibus, nec vſq̃ alibi naſci veteres putauerunt.

14 Aliis rebus.

¶Othonē & Oenanthē herbas habet ſiria. Opalos gēmas, India. Ocram pigmētum, Topazonos inſula. Obſidiarum lapidem, Aethiopia: Origes feras, Africa. Origanum herbam, Bœtia.

## De litera. P.

1 Pice, Indi, Naricia, Ida, Illiria, Apolloniatæ,
2 Palmis, Egada, Aegyptus, idume, Hiericus,
3 Babylonia, arabes, Pharos, ſelinis, india, Canaria, Tilos, Thebæ.
4 Pomis, Tybur, Phæacia, Anio, Phaliſci, aſpagones, Fortunatæ inſulatæ.
5 Plumbo, Mitteris, Craſſiaterides,
6 Pantheris, Hircania.
7 Pinis, Atlas, ida, Licæus, ſimois, Mænalus, Oſſa, othris.
8 Portis, Thebæ.
9 Piſcibus, aulis, Bænacus, Cnidos, Nilus, Thule, Gedroſi.
10 Populis arboribus, ſperchius, padus, Creta.
11 Papiro, Aegyptus, Nilus, Euphrates.
12 Prunis, Damaſcus.
13 Piris, Cruſtuminum, Calabria, Falernus.
14 Porris, aricia, Tarentum, Aegyptus.
15 Phaſianis, phaſis.
16 Paludibus, Nilus, Rauenna, ſicambri.
17 Portentis, Nilus.
18 Pruinis, ſcythia.
19 Pharetris, creta, Gnoſos, Gortina, Cydon, Licia.
20 Purpura, Meliboea, Laconia, Cos, Tyros, ſidon.
21 Placentis, picenum.





22 Pyramidibus. Aegyptus.
23 Procellis, Syrtis.
24 Pectinibus, & pectunculis, Tarentum, Mitylene.
25 Pecore, pyllos, Tartari, ſclaui, pannonia, orchomenos, Anglia.
26 Pabulis, Morauia, Erithrea, Germania.
27 Pernis piſcibus, pontiæ.
28 Pſymmythio, Rhodos.
29 Pumicibus, Scyros, Aeoliæ.
30 Perſicis, perſis, Aegyptus.
31 Paliuro, Cyrenæ.
32 Ptiſana. vtica.
33 Panico, Aquitania, pontus.
34 Portu, Aulis, Anthedon, munichia, Lycia.
35 Pardis, Africa.
36 Priſtibus, India
37 Planiſtis piſcibus, Ganges.
38 Phenice, Arabia.
39 Palumbibus, Volaterra.
40 Pſytacis, India.
41 Phaleridibus, & Phalocrocoracibus, ſeleucia.
42 Pellibus, Tana.
43 Panibus, ſcolus.
44 Pelamidibus, Alyzones.
45 Peloribus, pelorus.
46 Peloponibus, Campania.
47 Petroſelino, Macedonia.
48 Paphagis, India.
49 Perdicibus, Paphlagonia.
50 Paleſtra, ſparta.
51 Aliis rebus, alia quædam loca.
52 Populo, & diuerſis rebus Parrhiſiorum Lutecia:

1 Pice.

Plynius. Aſia picem indicam maxime ꝓbat, Græcia Piericam, Naryciam. Virgil. libro. 2. Georg. dicens. Et iuuat vndantem buxo ſpectare Cytorū, India narycia

Universidad de Deusto
Biblioteca



Naryciæq; picis lucos Eſt autem Narycia, ſeu Narycium
oppidum Volſcorum. Colu. libr. 11. Sobolem dabit illa
Ida — capacē Naricię piſcis, aut Actęi mellis Himetti Michael
Illyria — Anglicus Nigrior illyrica, Naryciave pice. Eſt & circa
Idam in Troade pix plurima. Virg. lib. 3. Georg. Idęaſq;
pices, & pingues vnguine cęras. Illyrium, ſeu Il iria Epy
ri regio italiæ propinqua pice quoq; abundat Ouidius,
Adde quod Illirica ſi iam pice nigrior eſſem. Idem ni/
grior illirica cui pice ſanguis erat.

Apollo niatę — ℭTheopompus apud Plynium teſtis eſt, in Apollonia
tarum agro piſcem foſſilem non deteriorem Macedo/
nica inueniri.

## 2 Piceis arboribus.

Padus — ℭPicea arbor frequēs eſt in pado. Vnde impoſitum flu
uio nomen. Padus enim picea Gallice vocatur, inquit
Plynius.

## 3 Palmis.

eggada — ℭApud Heſſenos populos vrbs Eggada nomine ferti/
Aegy/ptus — litate, & nemoribus palmetorum nobilis. Aegypt⁹. Ply
nius. Palma (inquit) quę fert Myrobalanum probatiſſi/
Idume. — ma eſt in Aegypto Quintianus. Inuenta menſis palma
mox Aegyptia. Idume prouincia ſiriæ palmis luxuriat.
Lucanus. Et arbuſto palmarum diues Idume Virgili. 3.
Georg. Primus idumæas referam tibi Mantua palmas.
Horatius, Et vngi præferat Herodis palmetis pinguib⁹
Syllius. Palmiferamq; ſenex bello domitabit idumen.
Idem Cypron Idumæas referat de pallade palmas Po/
litia. Ac ſuas nobis opulenta palmas Mittet idume.

Hieric⁹ — ℭHiericus oppidum eſt Idumææ, in cuius agro Strabo
ait palmetum eſſe centum ſtadiorum. Plynius Hiericun
tem palmetis conſita, & fontibus irriguam vocat. Idē.
Sed vt copia (inquit) ibi atq; fertilitas, ita nobilitas in iu
Babylonia — dæa, Nec in tota. ſed Hiericunte maxime. In Babylonia
per omnes regionem palmæ ſunt ſua ſponte naſcentes;
Arabia — plæræq; fructiferæ. Arabia, Ouidi⁹ libro decimo Palmi/
feros Arabes. Panchæaq; tuta relinquam. pharos Aegy



pti inſula. Ouidius libro ſecūdo Eleg. Quæ colis & mē/
phim, palmiferamq; pharon. Mātuanus. Palmiferamq;
pharon Lybicis quæ cingitur oris. Selinis vrbs iuxta Li
lybeum. Syllius. Audax Hybla fauis, palmis quoq; onu/ — Selinis
ſta ſelinis. Virgi. libro tertio Aen. Teq; datis linquo ven/
tis palmoſa ſelinis. Plynius ſcribit Iudæam eſſe inclytā — Iudæa
palmis. Eſt & in Lyguria caſtrū S. Romuli palmis nobili — canaria
bus refertum. Canaria vna ex fortunatis inſulis abūdat
palmetis Cariotas. i. palmarum fructus ferentibus. Mar/
tialis. Notæ Cariotides theatris Statius. Prægrandes Ca — Tylos
riotides cadebāt. Tylos inſula maris pſici, palmas oleas,
vites, ficos & varia pomorum genera profert.
ℭThebæ Aegyptiæ palmis itidem fœcuudæ fuerunt. — Thebæ
Statius. Seu quæ palmiferæ mittunt venalia Thebæ.

## 4 Pomis.

ℭTibur oppidum non procul Roma, pomis abunda/ — Tybur
uit. Colu. libro vndecimo Et turris lacus, & pomoſi Ty — phęacia
buris arua. Phæacum regio tanta pomorum vbertate
claruit, vt præmaturis fructibus noui ſtatim ſuccederēt
His autē præfuit Alcinous. Stat. libro primo Syl. Quid
bifera Alcinoi laudem pomaria, voſq; qui nunquam va
cui prodiſtis in aera rami? Mantuanus Alcinoi ſyluas ca
nit, & phæacia poma. Ouidius libro. 13. proxima phæa/
cum felicibus obſita pomis Rura petunt. Iuuenalis Sat.
1. Illa iubebit poma dari, quorum ſolo paſcaris odore.
Qualia perpetuus phæacum Autumnus habebat. Pro/
pertius Nec mea phæacas ęquant pomaria ſyluas. Anio — Anio
fluuius Tyburi propinquus etiam pomis abundat Pro/
pertius, Ramoſis Anio qua pomifer incubat aruis. Pha/ — phaliſci
liſci Volſcorum populi etiam abundant pomis. Ouid. li
bro. 3. Eleg. Quū mihi pomiferis coniux foret orta pha
liſcis Aſpagones Indiæ populos vitis, Lauri buxi, po/ — Aſpa/gones
morūq; omnium in Græcia naſcentium fertiles ſcribit.
Ply. Omnes fortunatæ inſulæ copia pomorum & auiū — Fortūa/tę iſulæ
omnis generis abundant.

Universidad de Deusto Biblioteca



5 Plumbo.

miteris ℭMitteris inſula (quæ abeſt a Britannia ſex dierũ nau/
gatione) candidum generat plumbum. Ex aduerſo (in/
quit Plynius) Geltiberiæ complures ſunt inſulę, Caſſite
Canta/ rides dictæ a Græcis, fertilitate plumbi. Cantabria nigro
bria abundat plumbo.

6 Pantheris.

Hirca/ ℭHircania Scythię pars pantheris, pardis, & Tygribus
nia abundat.

7 Pinis.

Atlas ℭAtlas mõs. Auſonis. Nec pinifer Atlas Amphitrionia
dem puerum. Quintianus. Quo graue piniferi collum
premeretur Atlantis. Ida. Statius lib. 3. Syl. Pergame pi/
Ida nifera multo præcioſior Ida. Lycæus mõs Arcadiæ. Sta
Lycęus tius libro ſeptimo Theba. Nec ſua pinigero magis adna
Simois tet vmbra Lycæo. Simois fluuius phrygiæ. Stati⁹ li: 12.
Męnal⁹ pinigeri rapitur ſimoetis ad amnem. Męnalus Virgilius
pinifer illum etiam ſola ſub rupe iacentem Mænalus, &
gelidi fleuerunt ſaxa Lycæi, Oſſa mons Theſſalæ. Luca
nus. Quantus pinifere Boreas quum Thracius Oſſæ. Ru
pibus incubit, Othrys Valerius Flac. pernaſi lateãt iuga,
ceſſerit Othrys piniger.

8 Portis.

Thebæ ℭAegyptiæ Thebæ centum portis nobiles fuerunt. Iu
uenalis Ecce vetus Thebæ centum iacet obruta portis.
Priſcianus, ſeu Rhennius in Geographia Dioniſi. Qui
veteris, claræq; colunt ſub mœnia Thebes Vale. Flac. Et
centum geminæ Lagi naualia Thebæ Plynius. Et Dio/
ſpolis magna eadem Thæbe portarum centum nobi/
lis, Pontanus. Hinc ad centiforem Nili ſubit hoſtia
Theben.

9 Piſcibus.

Aulis ℭAulis vrbs, ſeu portus Euboię piſcibus abũdat. Ouid.
libro duodecimo Bœotaq; tellus auilde piſcoſa puppes
Bænac⁹ tenuiſſe ituras. Bęnacus lacus. Petrarcha. Carmine piſco
ſo referens accepta Bænaco. Vbi primam corripuit, quæ



a Virgilio producitur. Gnydos Lyciæ ciuitas Ouidi⁹ li/ gnydos
bro decimo piſcoſamq; Gnydon, grauidãq; Amathun/
ta metallis, Multa ſunt in Nilo piſciũ genera inter quos Nilus.
numerantur Lepidothus, Coracinus, porcus. phagonus
ſilurus, Citharus, Aloſa ex teſtaceis Dilichius, phiſcus.
Boſites. Tanta eſt in Thule inſula piſcium multitudo, vt Thule
ligni loco comburantur ab incolis. Gedroſi Indię popu cedroſi
li (qui Arbim amnem incolunt) fores in domibus, ma/
xillis piſcium, & beluarum faciunt, & oſſibus tecta con/
tignant.

10 Populis arboribus.

ℭSperchius fluuius Theſſaliæ. Ouidi⁹ libro primo Me Spchi⁹
ta. populifer ſperchius, & irrequietus Enipeus, Padus. Padus
Ouidius libro ſecundo Eleg. Frigidus Eurotas populi/
ferq; padu. Mantuanus populiferq; padus, Lacedæ/
moniuſq;, Eurotas. Idem iam mea populifer cerneret
ora padus. Populos nigras, efficaciſſimas habet Creta Creta
inſula.

11 Papyro.

ℭIn Lacunis Nili naſcuntur iunci ex quorũ tenuiſſimis
filluris contexũtur chattæ, & vela, & veſtes & ſtragula.
Eſt autem papirus frutex naſcens in paludibus Aegypti Aegy/
aut quieſcentibus aquis Nili. Papyrum oſtendit primus ptus.
in Aegypto Alexander. De papyro, Lucanus. Nondum
flumineas Memphis cõtexere Biblos Cœperat. Ouid.
libro. 15. Perq; papyriferi ſeptemflua flumina Nili. Idẽ
ipſe Papyrifero qui nõ anguſtior amne Martialis, Per/
dite Nilacas Muſæ mea damna papyros, Apuleius. Mo
do ſi papyrum Aegyptiã argutia Nilotici calami inſcri/
ptam nõ ſpreueris inſpicere. Plynius. Papyrum (inquit)
naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili
aquis, vbi euagatę ſtagnant, duo cubita non excedente
altitudine gurgitem. Nuper & in Euphrate naſcẽs circa
Babylonem papyrum intellectum eſt eundem habere
vſum quem carthæ.

12 Prunis.

dama ℂDamaſcus vrbs Syriæ optimis abundat prunis, quæ
ſcus Damaſcena vocatur. Columel.lib. 11. Armeniiſq; & ce/
reolis,pruniſq; Damaſci. Ply.libro. 15. In peregrinis ar/
boribus dicta ſunt Damaſcena, a Syriȩ Damaſco cogno
minata. Stat.libro primo Syl. Quod ramis pia germinat
Damaſcus.

13 Pyris.

Cruſtu ℂPlynins ait Cruſtumina pyra cunctis eſſe gratiſſima
minũ Abundant. & pyris calabri. quæ conſueuerũt hoſpitibus
Calabri apponere Horatius. Non quo more pyris veſci Calaber
Falern⁹ iubet hoſpes. Hinc adagiũ, Calabri hoſpitis Xenia Cru/
ſtuminis proxima ſunt Falerna a potu, quoniam tanta
vis ſucci abundat.

14 Porris.

Aricia ℂAricia vrbs Italiȩ porris abũdat. Martialis. Mittit prȩ
Tarẽtũ cipuos nemoralis Aricia porros. Tarentum. Idem Mar/
tia. Fila Tarentini grauiter redolentia porri. Plynius ait
laudatiſſimum porrum eſſe in Aegypto, mox Orchiæ,
atq; Ariciæ.

15 Phaſianis.

Phaſis ℂPhaſiani a phaſide Colchorum fluuio dicũtur, quod
ibi ſint frequentes. Lactantius. Cernitur & mixta phaſi/
dis inter auem. Martia. lib. 13. Argiua primũ ſum depor
tata carina. Ante mihi notum nil niſi phaſis erat Stroza
pater. Phaſiacis robur profuit alitibus. Stroza filius. Seu
perquirere phaſias volucres.

16 Paludibus.

Nilus ℂNilus, Statius libro tertio Syl. Vnde paludoſi fœcun
da licentia Nili.

Sicãbri ℂRauenna Syllius lib. octauo Lenta paludoſæ proſcin
dunt ſigna Rauennæ. Sicambri populi Germaniæ Rhe/
no proximi in paludibus habitant. Propertius. Ille palu
doſos memoret ſeruire ſicambros,

17 Portentis.

Nilus ℂNilus Stroza filius, Et portentiferi naſſet vada no/
xia Nili.



18 Pruinis.

ℂScythia, Riphæi. Caucaſus, Strymon fluuius Thraciȩ Scythia
perpetuis rigent pruinis. Virg. libro. 4. Geor. Atuaq; Ri/
phæis nũquam viduata pruinis. Marullus. Modo artus
Scythicis pares pruinis. Claudianus. Caucaſeas captiua
bibunt armenta pruina.

19 Pharetris.

ℂCreta Virg. libro. 3. Georg. Armaq;, Amyclæumq; ca Creta
nem, creſſamq; pharetram. Gnoſos & Gortyna vrbes gnoſos
Cretæ. Luc. lib. 3. Creta vetus populis, Gnoſoſq; agitare
pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna ſagittis. Cydõ Cydon
vrbs Cretæ Ouid. libro octauo Meta. Armaq;, equoſq;,
habituſq;. Cydonæaſq; pharetras. Lycia Statius libro
ſexto Theb. Cætera pars lyciis gaudet contenta pha/ Lycia
retris. Mœdia. Marullus. Non tot ſpicula Mœdicis pha mœdi
retris.

20 Purpura.

ℂIn Meliboea vrbe Theſſaliȩ claruit vſus purpurȩ. Vir/ Meli
gilius lib. 5. Aenei. Purpura Mæandro duplici Meliboea boea
cucurrit. Lucretius libr. 2. Melibœaq; fulgens purpura,
Theſſalico concharum tecta colore. Ply. ait in Laconia Lacõia
purpuram optimam fieri conſueuiſſe. Hora. Nec Laco/
nicas mihi trahunt honeſtȩ purpuras clientes, Mart. Te
nec Amyclæo decuit liuere veneno, Nec Miletus erat
vellerȩ digna tuo. Stroza filius. Oebalis Herculeo non
debet purpura tãtum Ingenio. Bombycinam veſtem te
xere pãphila platis filia in Co inſula prima docuit. Mar/ Cos
tialis. Nec Co ære ferunt iam tibi purpuræ. Tyros. Mar/
tialis. Quicquid Agenoreo Tyros ĩproba cogit Aheno,
Tibullus Illi ſelectos certent prȩbere colores, Africa pu Tyros
niceum, purpureumq; Tyros. Idem Vellera de ſuccis bis
madefacta Tyros. Sidõ & Ancon. Syllius lib. 8. Stat fuca/
te colus, nec ſidone vilior Ancon. Plynius de Carthagi/ Sidon
ne loquens. Nunc omnis (inquit) nobilitas cõchilio, atq; Cartha
purpura conſtat, purpuras piſces habent ſigæum & Le/ go.
ctum Idæ promontoria,

Universidad de Deusto Biblioteca



21 Placentis.

ℭPlacētes pane laudantur quem conficiebant ex alicę
materia macera. Hic ob duriciam frangi nō poterat niſi
lacte mulſove mollitus, Martialis, Piſcentia Ceres ni-
ueo ſit nectare creſcit Vt leuis accepta ſpongia turget
aqua Pāphilus Nō Alicæ panes, non quas tibi terra Pla
centas picentina dedit.

22 Pyramidibus.

Aegy- ℭ Pyramides lapideæ fuerunt ſtructuræ in Aegypto,
ptus quas reges ſumptu maximo erigebāt, aut in oſtentatio-
nem diuitiarum, aut in vſum ſepulturæ. aut ad excitan-
dum populi torporem. Earum vna. 360. milib⁹ hominū
viginti annorum ſpacio conſtructa fertur tantam quidē
rerū prodigentia, vt in Raphanos, alium & Cępas (qui-
bus operarij veſcebantur) 1800. talēta erogata ſint. Mar
tialis. Barbara Pyramidum ſileat miracula memphis.

23 Procellis.

Syrtis ℭSyrtis, Charybdis. Sylla, Malæa, Caphareus, marina
dicuntur pericula, procellis frequentibus agitata. Pam-
philus, perq; procelloſas ſyrtes p ſaxa Mallææ, Per ma
re, quod rapido vortice ſylla trahit.

24 Pectinibus.

Tarētū ℭPectines piſces ſunt lati quibus abundat Tarentum,
Horat. Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentū. Plyn.
ait laudatiſſimos eē pectines Mityleni: „in Aegypto ve
ro pectunculos.

25 Pecore.

phyllos ℭPhillos regio Arcadiæ Statius libro. 4. Theb. Aptior
Tartari armētis mydea, pecoroſaq; phyllos. Tartari populi quū
frugibus careant pecore tamen abundant. Et quoniam
Sclaui aquarum ſunt pauperes, equinum ſanguinem bibunt.
Panno- Sclaui regionem habitant adeo feracem, vt bis in anno
nia grauidas habeant pecudes, quæ quater tondentur. Vola
Orcho teranus ait Panoniam pecoribus & vitibus abundare,
me ſed olei pauperem eſſe. Orchomenos vrbs Arcadię Po-
Anglia lymelos, pecoreis copia nomen meruit Angli pecore



abundant, laniſq; molliſſimis, quoquo verſus exporta-
tis. Viuaria animaliū ad tria milia in tota inſula cernun-
tur. inquit Volaterranus.

26 Pabulis.

ℭMorauia ſterilitatem olei, & vini, pabulorum frumē Mora
ti, pecoriſq; copia abunde penſat. Erithrea inſula Hiſpa- uia
niæ tātæ eſt fœcūditatis, vt oporteat pecudes pabuli co Eri-
pia, ex creatione ſanguinis purgari, Cui⁹ rei cauſa, ea fin threa.
guntur quæ de Gyrionis armentis dicuntur. Plyn. ait ni Germa
hil eſſe laudatius Germaniæ pabulis. nia

27 Pernis.

ℭPernæ piſces de genere concharum, frequentes ſunt Pontiæ
circa pontias inſulas.

28 Pſymmithio.

ℭPſymmithium, ſeu ceruſam parit Rhodos inſula. rhodos

29 Pumicibus.

ℭPumices dicuntur lapides eroſi amne, leuígandis cor Scyros
poribus aptiſſimi. Laudantur in Melo, Scyro, & Aeolijs
inſulis reperiuntur & in Sicilia nigri coloris.

30 Perſicis.

ℭPerſica dicuntur a perſide regione his abundāte. Ha- Perſis
bet Aegyptus perſicum arborem ſimilem pyro.

31 Paliuro.

ℭPaliuro arbori Cyrenaica regio ſuam poſtponit Lo- Cirenæ
ton.

32 Ptiſana.

ℭPtiſanæ potioni (cuius laudibus Hippocrates volu-
men vnum dicauit) bonitas præcipua Vticenſi, in Aegy- Vtica
pto ſit ex hordeo.

33 Panico.

ℭPanico cibo præcipue vtitur Aquitania. Pōticæ gen- aqtania
tes nullum panico præferrunt cibum.

34 Portu.

ℭAulis vrbs Euboię portū habuit. 500. nauiū capacem Aulis
Strabo ait Anthedonem Bœotiæ vrbē portuoſam eſſe. Anthe-
Munychia vrbs Atticæ habuit ſtationem. 400. nauium don

Universidad de Deusto Biblioteca



capacem. De Lycia, Seneca in The. Tutamq; crebris portubus Lyciam videt.

35 Pardis.

Africa ❡Pardos in Africa, Syriaq; eſſe creberrimos ait Plyni⁹ Capiuntur & in regione Mauritaniæ. Sunt & in caria, ac Lybia prælōgi admodum, animo imbelles, ſaltu agiles, pelle adeo dura, vt ferro non cedat.

36 Priſtibus.

India ❡Priſtes piſces ſunt in mari indico. 100. cubitorum.

37 Plataniſtis.

Gāges ❡In Gange reperiūtur plataniſtæ piſces. 15. cubitorū.

38 Phœnice.

Arabia. ❡Phœnicem auem annis. 690. viuente ſola fert arabia. Claudianus. Hæc fortunatus nimiū Titanius ales regna colit, Soliſq; plaga defenſus iniqua poſſidet itactas ęgris animalibus oras.

39 Palumbibus.

Volaterranum ❡In agrum volaterranum palumbes quotannis aduolant e mari.

40 Pſytacis.

India. ❡India pſytacum mittit, auem humanæ vocis docilē. Claudianus. Et ſi qua loquendi Gnara, coloratis viridis defertur ab Indis. Nunc etiam aduehuntur ex Luſitania inſuliſq; Aethiopicis.

41 Phaleridibus.

Seleucia ❡Phalerides aues habet parthorum ſeleucia. Aquaticarū laudatiſſima aſia. Phalocrocoraces aues Baleariū inſularum ſunt peculiares.

42 Pellibus.

Tana ❡Ex Tana Venetorum caſtello exportantur pelles & mancipia, quæ Sarmatæ mercantur, vocantq; Carcaſos.

43 Panibus.

Scolus ❡In ſcolo Bœotiæ vico laudatiſſimi fiebant panes.

44 Pelamidibus.



❡Pelamidum piſcium copiam habēt Alyzones populi. Strabo ait etiam reperiri in anguſtijs Bizantij. Alyzones

45 Peloridibus.

❡Pelorides piſces dicuntur a peloro promōtorio, vbi ſcatent. pelor⁹

46 Peponibus.

❡In Campania, pepones optimi ſponte proueniunt. Campania

47 Petroſelino.

❡Optimum petroſelinum veniebat quondam ex Macedonia. Macedonia

48 Pœphagis.

❡Habet India pœphagum animal duplo magnitudinem equi excedens. India

49 Perdicibus.

❡Theophraſtus dixit perdices eſſe in paphlagonia duplici corde. paphlago

50 Paleſtra.

❡Fuerūt Spartani clariſſimi pugiles, & paleſtritæ. propertius. Multa tuæ ſparte miramur iura paleſtræ. Stroza filius. Spartanæq; artes verſare, doloſq; paleſtræ. Sparta

51 Alijs rebus.

❡Parthenium pigmentum habet Aegyptus. Purpuriſſum colorem India. panacem herbam Clitorus mons. panacem vnguentum Arabia. Philoginon gemmam, porphyritem lapidem, perſeam arborem Aegyptus. phattagam animal, porphyrum ſerpentem India. parnopum auem, Galatia. pardialim & perſeum piſces mare rubrum.

❡Populo & diuerſis rebus parthiſiorum lutecia.

GRæci ſuas hiſtorias intermixtis vbiq; mendacijs poſteritati fecerunt memorabiles, aut etiam fabuloſas. ſic vt permultæ fidem autoribus ſuis derogauerint, eoſq; Mythologicos potiuſquam hiſtoricos fecerint appellari. Nam q̄ Xerxes tot ex vniuerſo

Universidad de Deusto
Biblioteca



Oriente Myriades contraxerit, Soli tenebras multitudi-
ne iaculorum induxerit, iniecerit Neptuno compedes,
eius equis fluuius in potu nō ſatis fuerit, equa in exerci-
tu leporē pepererit, quis non videt hoc ipſum adeo dif-
ficile eſſe, vt fieri non poſſe, magis q̃ factū credatur? La
borauit ſemp hoc morbo Græcia, vt ex re nihili arduā
& velut Atlantē ex Pygmæo, ex formica faciat Elephā
tem. Cuius inanes glorias ſi imitaretur Gallia, nō ſolum
rerum vbertate omnibus aliis locis poſſet contendere,
ſed plura & aperta veritate, ac ne adiecto quidē figmen
tiaſſe, victoriam præripere. Quid enim habent, quo ca-
reamus? Nec de Græcis tantum, ſed eximiis rerum oſtē
tatoribus Italis loquor, qui ſe hactenus mirantur, vt ni-
hil incātatum reliquerint. Nullum eſt Tuſculanum, nul
ta villa, nullus vel monticulus, vel fonticulus, nulla ter-
ra quantulicunq; vini ferax, quam ſilentio dimiſerint iuo
lutam. Plena ſunt variis artificibus (quos nubium tenus
extollunt) eorum volumina pictoribus, Statuarijs, Scul
ptoribꝰ, Architectis, rerum inuentoribus, nautis, fabris,
aurigis, pugilibus ſibi placent immodice, ita vt vtraque
gens de inani ambitione certamen ſuſcepiſſe videatur.
Commune eſt & ingenitum fortaſſe hoc populo vtriq;
malum, vt Olympum ex paruo producant tumulo, Ni-
hil habent, quod indictum prætermiſerint. Nec ipſis.
quoque hiſtrionibus ſua laus non impertita. Quid hi-
ſtrionibus? Suas meretrices. Thaidem, Phrynē, Laidem,
Glyceram, Rhodopem, aliaſq; permultas inflatis extu-
lerunt buccis, adeo ſui memoriam timuerunt cum cor-
poribus ſepeliri. Quanta ergo (dij boni) ſi eorum ſimi-
les eſſemus, & futili commendatione moueremur, lau-
dandi noſtri ſeſe offert occaſio, quum nemo non videat
nullis omnino humanæ vitæ neceſſarijs rebus (quas
vbiq; ſuarum regionū habuerint) modicam Galliæ par
tem nedum Galliam totam carere. Dicāt nobis (& her-
bam dabimus, modo nihil cominiſcantur) quid vnquā
dignum laude in ſuo ſolo viderunt, cuius penuria nos



laboraſſe conuincāt? Afferant Græci ſuas Athenas. Spar
tam, Mycenas, Argos. Romani ſuum (ſi dijs placet) mū-
di caput Leui brachio reſiſtemus, aut etiam labore nul-
lo. Nanq; incruentam bonorum omnium victoriam ſo
la nobis comparabit Lutecia, In cuius commendatio-
nem ſi aliquantulum velimus prorumpere, nos ab vni-
uerſis eorum vrbibus vinci non permittet. Eo veni ne
aliquid quæſitum, quid non inuenient? Nihil eſt boni
in hoc noſtro Cornucopiæ, quod ibidem non ſuppetat
abunde. Terra eſt ſuis diuitijs contenta, & vbertate ge-
nuina ſatis luxurians Ne tamen aliquid ad ſaturitatem
deeſſe putes, ſcatet externis opibus. Habet Calabriæ ar-
menta, Alutam Sicyonis, Amomum Aſſyriæ, Apes hy
metti, Aulæa Babylonis, Aegyptium acetum, attage-
nas Ionicas, Perſicum Aroma, Cytori buxos, Bomby-
cem Arabicam, Boues Celaduſę, Balſamum Iudeæ, Cro
cum Ciliciæ, canes Epyri, cretam Cymoli, Cannabē ſcy-
thiæ, Corylos Auellæ, Coſtum Arabiæ, Caſeos Trebu-
lanos, panchaiæ, Cynnama, Columbas Dodonæ, Con-
chas Lucrini, Caiſtri Cychnos, Noricorum Chalibem,
Corinthi crateras, Citrum Mauritaniæ, Cæpas Cuma-
rum, equos Aſturiæ, ebur Indiæ, Frumentum Eleuſis,
Numidiæ gallinas, maris rubri gemmas, hortos phæa-
cum, Mileti lanas, lac Saſſinæ, lentem peluſii, linum
Aegypti, mel Hyblæ, marmor Numidiæ, metalla The-
meſes, meſſes Africæ, myrrham Arabiæ, nardum per-
ſidis, napos Amiterni, Venafri oleum, Velitrarum oua.
Galeſi oues, odores Aſſyriæ, Naricię picem, palmas Idu
mæas. Nec deſunt phæacum poma, pruna Damaſce-
na, porri Tarentini, Melibœa purpura, placentæ picen-
tinæ, pæſtanæ roſæ, reſina Aegyptia, Aeoliarum ſul-
phur, Saccarum Indiæ. Abundat quoq; Tapetibus Ale-
xandriæ, turdis Germaniæ, vnguentis perſarum, Gan-
gis vnionibus. Alienigeno non vtitur vino, quoniam
genuinum habet, quod longe præſtat cæteris. Vtinam
fieri poſſet, vt abſtruſi diuitum eius vrbis theſauri pro-

Universidad de Deusto Biblioteca



dirent in lucem, & omnium oculis videndi proponere-
tur. Mirareris vnde tanta farrago, aut quib⁹ fodinis eſſet
eruta. Non videretur tibi mentitus Adrianus imper. quē
dixiſſe ferunt plus eſſe auri in rerum natura, quam re-
liquorum metallorum. plærique externi (qui illuc ſe con
ferunt) diuitias minores eſſe fama hoc arguunt, quod
non videant ſtadiatas domorum porticus, & ędificia fo
rinſecus ſpecioſa. Parrhiſienſes non ſunt vt plærique ho-
minum, qui ſubligaculum induti paſſim oſtentant Itali
quicquid habent, pompis exponunt, vt oculos tranſeū-
tium paſcant & in admirationem rapiant. Domorum
atria & fores exornant magnifice, ſed ſi introſpiceres,
Pape, quam nihil intus præter aream nudam reperires,
Contra vero Luteciani ſuas opes diſſimulant, nec ma-
ioribus quam deceat, modulis ſe metiuntur, ita vt quā
prima fronte ſuſpicareris eſſe pauperem, opulentiſſima
ſit Lutecia, in qua (vt ad cætera traſeamus) ſi Varios om
ne genus artifices inquiras, angulatim, vicatim, & do-
meſticatim reperies, Si purpuram, flammearios, & La-
narum infectores, ipſa etiam dabunt ſuburbia. Pannis
ſericis ſcatent officinæ. Aromatibus, vnguentis, odori-
bus, Myropolarum apothecæ. Fabris ferrariis, abieta-
riis, phrygionibus, calceolariis, ſutoribus, placenta-
riis, Lanionibus, ptopolis, cetariis, venatoribus, vn-
guentariis, figulis, vaſculariis, trapezitis, plena ſunt om-
nia. Vrinatores gemmarii, cultrarii, Oenophori, tibici-
nes, grammatei, comœdi cauſidici, piſtores, condimen
tarii, mulctores, aurigæ, ſagittarii bibliopolæ, citha-
rœdi, excubitores, cellarii, Atrienſes, bractearii, remi-
ges, helciarii, pægaſarii, tabelliones, chirurgi, tonſores
piſcinarii, muliones, organarii nullibi non ſunt. Inue-
nies & medicos, qui cœliacis, Comitialibus Cardiacis
podagricis, Febrientibus, maniacis, Lippientibus, ten-
riginoſis, Lethargicis, paralyticis, torminoſis, hydropi-
cis, & quouis morbo laborantibus medeantur, quique
a Proſerpinæ peculio homines iam conclamatos ad vi-



tam reuocent. Occurrunt philoſophi peripateticis acu-
tiores, ſeueriores Stoicis, Academicis diuiniores, Gram
maticorum ſcholis nihil nebuloſum, nullus perſius nō
declaratus, nullus Lycophron imperuius nullus Fabii
ſcrupus non emaculatus. Poetarum carminibus ſtrepūt
compita, Præceptis Rhetorum fulminant gymnaſia,
Sophiſtarum nodis vincitur protagoras, Arithmetico-
rum numeris Euclides, Geometrarum menſuris Pto-
lemæus. Calcographorum typi demortuas prius diſci
plinas euentilant. Publicis profeſſorum lectionibus,
doctrinas olent pulpita. Quid autem papirii ingenio
tantopere garriunt & intumeſcunt Romani? Inuenies
illic ſeptennes infantulos, in quibus ſenilem miraberis
iam cum doctrina maturitatem, quique verbatim & ſyl
labatim citius dicto repetent, quicquid dixeris. Iurares
in matrum gremio literas cum lacte ſuxiſſe. Vtriuſque
iuris tanta eſt ibidem celebritas, vt loquentem. biblio-
thecam Iuſtinianus reliquiſſe videatur. Aſſidua pædago
gorum ſedulitas, inculpata præceptorum ſeueritas tra-
heret te in admirationem. Sacris literis tantus habetur
honos, vt Theologorum legiones & centurias reperi
re poſſis. Quis autem Lacedæmoniorum Ephoros &
harmoſtas, Cretenſium Coſmos, Romanorum dictato
res cōſules, tribunos, prætores, triumuiros, patricios, q̄-
ſtores pontifices Maxi. & flamines ſenatui cōferat Lute
ciano, cuius tanta eſt grauitas, vt ſolo quoque aſpectu ſce
leratos a flagitiis deterreat. In cōfeſſo eſt Romanorum
magiſtrat⁹ pecunia ſępe numero corruptos fuiſſe. Vnde
& Iugurtha fratris Hyempſalis per dolum occiſi meruit
impunitatem, Luteciano vero ſenatui ſi mōtes aureos
pollicereris, ſi crucem & furcā minareris, nihil tamē pſi
ceres, nec auerteres ab ęquitate. Si (vt cætera curſim ab-
ſoluamus) bellicis telis ſit opus, habet Germanorū fra
meas, lāces Hiſpanorū, rhompheas Thracū, Iſſos Boio
rum, Macedonum Sariſſas, ſibinos Illyricorum, Mœdo
rū Acynaces. Nec deſunt ſcibones, tragulæ, telones, ha

Universidad de Deusto
Biblioteca



ſtæ,ſudes,Phalaricæ,ſemiphalaricæ, ceſtra, ſoliferrea, ſcorpii, ſpari, Cateiæ, rumigeſti, meſanculæ, veruta, Aclides,macheræ,vrbinæ. Et ex machinis teſtudines, Arietes,falces,vineæ,plutei,muſculi,turres. Sunt & galeæ,thoraces,catafractæ,ocreæ, ſcuta, & omnia, quæ ars & vſus repererūt. Ex veſtimentis,præter pallium Græcorum,maſtrugam Sardorum,Germanorum Rhenones,togam & prętextam Romanorū,peplum Troadum,Perſarum Tiaras, reperies quoq; abollas,adaſos, bardiacos,bardocucullos,barnacidas,Braccas. Brachialia,dextrocheria, Calthulas,capitia, caſtulas, chiroditas, chlamides, lænas,endromydes,cicladas, crocotulas, diphtheras,diploides, epitogia, exomides, flammea,gauſapinas,hemitogia, Lacernas,inſulas, Lænas, Latoſclauos,limbos,lumbaria,mollicinas, parnacides, patagia,penulas,periſcelides,tibialia,Xerampelinas,tunicas,perizonia,Polymitos,thallas, ſtrophia, ſubuculas,ſudaria,ſuppara, & alia fere omnia id genus indumenta. Præterea,ſi vaſis quibuſcunque indigeas, non deerunt acetabula,ampullæ,cacabi,cadi,calathi, caldaria,calices,canthari,capulæ,capiſteria, capruncula,carcheſia,capſæ,ciſſimbia,clepſidræ,cophini, cotylæ, crateræ,cupæ,ciathi,diotæ,diſci,dolia,fideliæ,fiſcinæ, gabatæ,gutti,hydriæ,lances,lebetes, lechiti,lepiſtæ, matellæ,mortaria,mulctræ,naſiternæ,pelues,pateræ,præferricula,ſartagines,ſcyphi,ſcutellæ,paropſides,ſportæ, tepidaria,trientalia,vanni,vrnæ,ſcaphia,ſiriſca,thargeli,cottabi, & alia huiuſmodi infinita, Vbertim quoque ſuppetunt flores, herbæ,metalla, vnguenta, odores, piſces,aues,gemmæ,lanæ,fontes,marmora,plantę, boues,arietes,arborum fructus,legumina,frumenta, frutices,cibi electiles, & quicquid ad laure, genialiterq; viuendum ſufficit. Vis imperatorem,regem,aut quemuis principem magnifico donare conuiuio? Venales tibi quouis tempore proſtabunt Pauus e Samo, Phrygia Attagena,grues melicæ,hœdus ex Ambracia, pelamis





Chalcedonia,murena Tarteſſia,aſſelli peſſimūtij,oſtrea Tarenti,pectunculus Chius,helops Rhodius,ſcari Cilices,nuces Thaſiæ,palma Aegyptia,glās,Iberica, & qcquid cupidiarum profunda veſtigauit ingluuies, Quid amplius dicam? Fatigat me tātarum rerum commemoratio. Taceo reliquarū capſas aureas, & ſacraria diuitijs opulenta. Nihil de palacio & pleriſq; magnificis (quarū materiam opus ſuperat) domibus adeo ſcribere. Oneri tanto ſuccumberet ſtylus. Nolo tamen (quamuis ingenium tantæ moli nō ſit ſuperfuturum) non aliquid de huius vrbis populo memorare. Nemo mentitū me exiſtimet, de ea (quod de Troia Paris Ouidianus hyperbolice ad Helenam ſcribi) dixero. Vix populū tellus ſuſtinet illa ſuum, Nam vere terrā ipſam populi multitudo proxime onerat, atq; ædificiorum grauitas. Congregētur fortuna in ſpectaculis centum hominum milia, tibi per vicos eunti nihil abeſſe, nihil videbitur imminutū. Clauduntur vrbes nonnullæ maiori fortaſſe murorum ambitu, quod de Roma nōnulli perhibēt, Sed nihil mi tum. Nāq; bonam earum partem reperias nemoribus vineis, & arboribus conſitam in hac vero nihil ne angulum quidem non habitatum, populo vacuum. Vix ipſi preſides, vix cōſules, Breuiuſculos magna pecunia hortos ſibi comparat, aut loca domibus vacua, quibꝰ expediti curis, quandoq; deambulent. Res quidē primis ſæculis inaudita, & nulli non miranda maxime. Nūquam mihi perſuaſiſſem, quod aliquando audieram, tantum ſcilicet in hac vnica vrbe eſſe populi quantum tres aliæ totius europæ maxime contineant. Rex tamē ita ſe habet, Idq; adeo verum eſt, vt ſolus vicus ſpeciem vrbis præ ſe ferat. Quod quum ſolus apud me quandoq; meditor, totus ſtupeo & miror, vbi nam creſcāt (quę illi cōſumuntur) frumenta, vbi lignorum (quæ comburūtur) copia, vbi rerum omnium (quæ ſupra fidem deglubuntur, & velut abyſſo abſorbentur) multitudo. Babylonis (quum exercitui data eſſet prædæ (poſt.40.die intacta

Universidad de Deusto Biblioteca



pars coperta eſt. Arſit Carthago diebus. 17. In vrbis Hie-
roſolymæ excidio vndecies centum milia hominum
ferro & fame perierunt. Vno die ſiracuſæ maritimum &
terreſtrem exercitum conflauerunt, argumentum qui-
dem in omnibus mirandæ amplitudinis, Laudantur VE-
netiarum diuitiæ, Mediolani populus, Florẽtiæ pulchri-
tudo, Bononiæ fœcunditas, Genuę ſuperbia, Adduci ta-
men nequeo, vt credam Luteciam rerum omniũ copia
non excellere. Nam ſi in ea diutius te contineas, & bo-
norũ vbertatem, populi frequentiam, maieſtatem ſena-
tus, venalium rerum multitudinẽ, cæteraq; huiuſcemo-
di proſpicienter obſeruaueris, quoquo poſtea foras pſi-
ciſceris, ſordebunt tibi omnia, Nihil huius ratione ocu-
los tuos paſcet. Quod ad populi mores ſpectat, gens eſt
in primis humana & beniuola, Quod licet multis ratio-
nibus probari poſſit, cauſa tñ breuitatis, vnico argumẽ-
to probabo dictum. Antiquitus Romani exiſtimabãt ſe
grande aliquod, & cui nullis meritis reſponderi poſſet,
beneficium contuliſſe, ſi quempiam donaſſent ciuita-
te, & iure ciuium frui permiſiſſent, adeo vt propter hoc
ipſum, animam debere Fuluio nobiliori videret Ennius
poeta Hoc autem Lutecia nemini recuſat, Barbaros fo-
uet alienigenas recipit, Hoſtes etiam regni nutrit in gre-
mio, maiori pietate, quam parienti ſubueniat obſtetrix
aut nutrix infantulo vagienti. Inimici Galliæ ipſo etiã
belli tempore non extrudũtur, Extruduntur autẽ? Imo
vero fiunt conſiliorum participes, quãuis animo gladia-
torio nos inſpiciant, notẽtq; animo & deſignent oculis
vnumquemq; noſtrum ad cedem. Nec excipiuntur ſolũ
at etiam in maiore habẽtur precio. Et vt iã in Epithetis
meis conqueſtus ſum, pluris facimus alienæ gentis for-
micas, quam noſtrates tauros. Veniat nouus neſcio quis
verſificator ex Italia, aut ex Græcia eſuriens Græculus,
uenientem a decimo iugere ſalutabimus, eumq; maiore
obſequio nobis demerebimur, quam aliquẽ ex noſtra-
tibus vel egregie literatum, quaſi vero poſſit quiſquam



venire Luteciam Budæo Luteciano doctior, aut magis
eloquẽs, vidi quandoq; externos, qui dum frequẽti au-
ditorio aliquid profitebantur, ad eos turmatim conuo-
labatur, qui quamuis nihil niſi ſtercus dicerent, audito-
ribus tamen roſas loqui videbãtur, quod neſcio quo fa-
ſtu & inanibus ampulis fucarẽt ſermonem, & affectatas
quaſdam cupedias vocum plenis ructarent buccis, pon-
duſq; nugis adderent. Quorum tamen doctrina nullis
nitebatur radicibus Demum quid agunt, quum vident
ſuas nugas tanti a nobis fieri? Intus noſtram rident leui-
tatem, & poſtica nos eludũt ſanna, quod fabulis mouea-
mus, quas fullones exibilent. Hæc Lutecianæ gentis hu-
manitas. Eſt inſuper religionis amantiſſima, vt quæ alta-
ria donis oneret, pernoctet quandoq; in Votiuis oratio-
nibus, templa (quæ vicorum numero non ſunt paucio-
ra) plærunq; viſitet, adiutrix alioqui pauperum, virtutũ
fautrix & ſcelerum expultrix, Parentes, luſitãtes adhuc
in gremio nutricum infantulos iam morum edocẽt ho-
neſtatem, & more Perſarum, ſtudio veritatis imbuunt,
ita vt ſacri commiſſum putẽt, ſi quis mentiatur, idq; fla-
gello puniant. Si liberi profecerint gloriantur eoſq; prę-
miis (quæ capit illa ætas) ad perſiſtendum inuitant. Ma-
tres filiis paulo ſunt indulgentiores adeo, vt præſenti-
bus frui ſatis, abſentibus carere nequeant, eoq; cõpoſi-
te & ornate reclamantibus quandoque maritis induãt.
Præter cætera formidant maxime ne in ſcholis vapu-
lent. Propterea ludimagiſtros munuſculis interim cor-
rumpunt, aut immanibus polliciris ſuſpenſos a ſeueri-
tate retinent. His inflicta verbera ſi audierint redeunti-
bus e ſcola humeros quandoque & nates (honos ſit au-
ribus) lachrymoſæ denudant, vt videant, quam acerbe
ſit animaduerſum in ſuos puppos. Si aliquanto ſeuerius
vapulaſſe viderint, temperare ſibi non poterunt quin
præceptores adeant, eoſq; probris & cõuicijs etiam ſpe-
ctante populo afficiant, Et (quod omniũ turpiſſimũ) tor-
tores & ſanguinarios carnifices appellẽt etiã num. Libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ri ipſi ſunt ingenioſi admodum, & multa facile diſcunt. Sed niſi frequens lectionum repetitio memoriæ tenacius inculcauerit, obliuiſcuntur eadem leuitate, qua didicerunt. Nuſquam terrarum video ingenij præcocioris pueros. Cõtenderem poſito in vadimonium capite, aut ſummos oratores, aut clariſſimos poetas facile futurũ niſi vno maxime morbo parẽtes fere omnes laborarẽt qui liberos ipſos (Vbi quid in litteris promouerunt, & earum amenitatem cœperunt guſtare) a ſcholis protinus auferunt, & ad alia ſtudia (quæ magis vident quæſtuoſa) ſtatim allegant, vt vel ſub forenſibus tabulis diſcant garrire, aut cum nũmularijs monetarum formas, & calculorum ſupputationes cognoſcere. Et ſperamus (quum hæc erugo animos corroſerit, inquit Horatius) doctos fore, qui eo tempore doctrinam reliquerũt, quo quid eſſet doctrina, adhuc pitiſſabant? porro puellæ apud eos compoſite veſtiũtur pudice tamen & citra põpam. Nam neq; papillas vmblico tenus denudãt, vt Italæ, nec ſupra modum ſuarum facultatum luxuriant, vt Genuenſes aut aliæ, ſed operto toto corpore, nihil impudicum præ ſe ferunt, neq; proteruis & ludibũdis oculis ſui copiam ſpectatoribus promittunt, aut ſperari faciunt. Vxores præſtitam maritis fidem non violant, ſed ſuis thalamis contentæ pudicitiam ſeruant cõiugalem, Omnes defunctorum vita parentum mortem atrati per annum lugent, Fœminæ tamen cadauera non comitantur ad ſepulchretum, ne ſexus fragilitas, doloris impatientiam ſuggerat. Senatoribus rarum cum populo colloquiũ. aut ipſum grauitatis plenũ & maieſtatis. Apud eos odioſi ſunt maxime familiares & domeſtici fures, quos longo prius carcerum pędore maceratos furca puniunt. Monetæ adulterinæ cuſores flammis deuouent, Nullis pauperibus, aut quouis morbo infectis, prætérquam lepra, ſua vrbe interdicunt. Adulatores cane peius & angue oderunt & auerſantur. Pilę ſagittarum & fritillorum ludo exercentur quandoq;. Conuiuijs gaudent



& compotationibus. ſed citra ebrietatem. Nouas principum exactiones ægre ſatis ferunt, petentibus tamen nihil recuſant. Superbo templorum, magiſquam proprio & domeſtico letãtur ædificio, quod eſt notiſſimum pietatis argumentũ. Rerum nouarum ſunt auidi ſpectatores, & alienam magis quam propriam mirantur virtutẽ. Hæc de populi moribus, & vrbe ipſa de qua multo plura dixiſſemus ſi ad hoc poſſet ſuppetere verborum dignitas. Ne quis autem dicta mea fauori tribuat. ſubiiciã quæ ab Architrenio Anglo quãuis regni Gallici inſtar totius eius populi inimico ſcripta ſunt, vbi ait.

Exoritur tandem locus, altera regia phœbi.
Parrhiſius, Cyrrhea viris, Chryſæa metallis.
Græca libris, India & ſtudiis, Romana poetis.
Attica philoſophis, mundi roſa Balſamus orbis;
Sidonis ornatu, ſua menſis, & ſua potu,
Diues agris, fœcunda mero, manſueta colonis.
Meſſe ferax inoperta rubis, nemoroſa racemis,
Plena feris, piſcoſa lacu, volucroſa fluentis,
Munda domo, fortis domino. pia regibus, aura
Dulcibus, amena ſitu, bona quolibet, omne vetuſtum,
Omne bonum, ſi ſola bonis fortuna faueret eius quoq;

laudibus Quintianus poeta iucundiſſimus opuſculum (cui nomen Cleopholis) dicauit.

## ℭ De literis Q & R.

1 QVercus, Chaonia, Dodona,
2 Racemis, Cęcubum, Tmolus, Methymna
3 Rhombis, Adria, Rhombis.
4 Roſis, Pæſtum, Pangeus, Campania,
5 Reſina, Aegyptus.
6 Raphanis, Delphi, Germania, Aegyptus, Laciadæ,
7 Rapis, Nurſini.
8 Reſeda Ariminum,
9 Riuis, Methone,

Universidad de Deusto Biblioteca



1 Quercubus

chaõia ℭChaonia pars Epyri, glãdibus abundat & quercubus,
Ouidius lib. 10. Vmbra loco venit, non Chaonis abſuit
arbor. Claudianus. In te Chaoniæ mouerunt carmina
quercus. Dodona ſylua Epyri. Val. Flac. lib. 1. Arg. Dodo
nida quercum ingredior. Syllius lib. 3. Implet fatidico
dodonida munere quercũ. Oſſa mons theſſaliȩ Val. Fla.
Fleuit vbi Oſſeæ captaret munera quercus.

2 Racemis.

cȩcubũ ℭCæcubum oppidũ in ſinu Caietano terras habet op/
timi vini feraces, Horatius, Cȩcubum, & prælo domitã
Caleno Tu bibes vuam. Tmolus mons Lydiæ, Ouidius
lib. 4. de ponto. Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra
racemos. Quot Sycion baccas, quot parit Hybla fauos.
Idem lib. 4. Meta. Deſeruere ſui nymphæ vineta Tmoli
Methymna. Ouid. Gargara quot ſegetes, quot habet
Methymna racemos.

3 Rhombis.

ℭAdria ſeu mare adriaticum. Iuuena. ſatyra. 4. Incidit
Adria Adriaci ſpacium admirabile Rhombi, Rhombitẽ Pto/
Rhõbis lemeus ait eſſe fluuium poſt Mœotidem a Rhombotũ
frequentia nominatum. Plynius ait Rhombum Rauen
næ eſſe laudatiſſimum.

4 Roſis.

Pæſtũ ℭPȩſtum oppidũ in Lucania bis in anno fructus quo/
dam & in his roſas parit. Virg. lib. 4. Geor. Biferiq; roſa/
ria Pæſti idem de roſa. Vidi Pȩſtano gaudere roſaria cul
tu, Ouid. libro. 15. Leucoſiamq; petit tepidiq; roſaria Pę
ſti Martialis Pæſtanis rubeant æmula labra roſidis. Idẽ
Prætaq; nec bifero ceſſula roſaria Pæſto. Propertius. Vi/
di ego odorati victura roſaria Pæſti. Pangæum quoque
monte roſis feracem eſſe docet Plynius Libr. 21. Cap. 4.
ℭAbũdat & Campania optimis roſis, quibus pręcipua
dignatio. His Plyn. addit Prænestinam & Mileſiam, eſt
etiam Cyrenis odoratiſſima roſa.



5 Reſina.

ℭReſina humor eſt fluens ab arboribus, etiam in eiſdẽ Aegy/
reſidẽs. Plautus Aegyptiam probat in Mercatore dicẽs ptus
Reſinam ex melle Aegyptiam vorato ſaluũ feceris.

6 Raphanis.

ℭRaphanus herba eſt ſeu radix comeſtibilis tam fre
quens. & nobilis apud Delphos, vt ex auro diceretur, Delphi
Beta ex argento Rapum ex plumbo Aequat in Germa Germa
nia infantum puerorum magnitudinẽ, In Aegypto ra/ nia
phani ſparguntur Nitro, vbi ſunt ſuauitate præcipui.
Laciadæ quoq; populi Atticæ raphanorum habent co/
piã Apud eos moris erat, vt qui fuiſſet in adulterio de/
præhẽſus ignominioſas pœnas daret, impactis in pudẽ/
dam corporis partem Raphanis, qui ibidem creſcũt mi
ra magnitudine.

7 Rapis.

ℭPlynius libr. 18. dat palmam Rapis, in Nurſino agro
naſcentibus. Nurſini

8 Reſeda.

ℭReſedam herbam collectiões, inflammationesq; de/
cutientem habet Ariminum magno prouentu. Arimi/ num

9 Riuis.

ℭMethone Vrbs riuis abundat, Seneca in Troade. An
frequens riuis Leuibus Methone? Metho ne

ℭDe litera S.

1 SErpentibus, Ophiuſa, Mauritania, Lybia, Afri
ca ſinueſſa, Cinyphs, Candæi, India, Rhindacus
Bragada.
2 Sulphure, Aeoliæ Melo, Leucogabi.
3 Segetibus, Cinyphs, Lybia, Africa, Gargarus.
4 Scaris, mare Carpathium.
5 Sagittis, Creta, Lycia, Cydõ, Gortina, dicte, Parthia
6 Sariſſis, Macedonia.
7 Smaragdis, ſcytia, Erithra.
8 Siſtris, Aegyptus.
9 Saccaro, Arabia. India.

Universidad de Deusto
Biblioteca



10 Stanno, Caſſiterides, Britannia.
11 Saxis, Ceraunia.
12 Stamine, pergamus, Memphis, Babylon.
13 Sale & ſalinis, Hammanientes, ſaxonia, Alos, Ormenus, Cydrus, Biſuntium, Tarentum.
14 Salicibus, Ameria.
15 Setabo, Hiſpania.
16 Spartho, hiſpania.
17 Scombris piſcibus, ſcombraria.
18 Saliunca, pannonia.
19 Suibus. Arcadia.
20 Strutiocamelis, Africa Aethiopia.
21 Salmonibus, Aquitania.
22 Sanſuco, Mitylene.
23 Speculis, Brunduſium.
24 Signis Rhodos.
25 Sinopide pigmento, Lemnos.
26 Siliqua. ſyria.
27 Syluis, Mare rubrum, Tylos.
28 Subere, Elis, Lacedemon.
29 Scirpis, Mauri, padus.
30 Stipulis, Leborinus.
31 Serpillo. Thracia.
32 Spongiis. Lycia.
33 Aliis rebus, alia quædam loca.

1 Serpentibus.

OPhiuſa inſula dicta eſt a multitudine ſerpētum. Orphis enim græce ſerpentem ſignificat. Vnde ophiogenæ populi in Helleſponto, qui ſerpentū ictus tractu leuāt & impoſita manu corporis venena extrahūt. Mauritania, Horatius. Nec mauris animo mitior anguibus. Lybia. Syllius, Terga damus, Lybiciſq; parem nō eſſe fatemur Anguibus Auſoniā. AFRICA. Horatius lib. primo Ser. Canidia afflaſſet peior ſerpentibus Afris. Sinueſſa vrbs Campaniæ Ouidius libro. 15. Vulturnus, niueiſq; frequens Sinueſſa colubris. Cinyps fluuius eſt Lybiæ inter duas ſyrtes, capris & ſerpentibus abundans. Pamphilus. Affer Cinyphii caput colubri. Candei populi orientales ſerpentibus veſcuntur. Vnde & Ophiophagi vocantur. Neque eſt alia regio earum fertilior, autore Plynio. In india ſerpentes in tantam adoleſcunt magnitudinem, vt ſolidos hauriant ceruos, tauroſq;. Tanti ſunt & apud Rhindacum amnem in pōto, vt ſuperuolantes quamuis alte, perniciterq; alites hauſtu raptas abſorbeant. Conſtat apud Bragadam fluuium ſerpentem cētum & viginti pedum longitudinis a Regulo interfectum. Quod eſt argumētum maximos ibidem naſci.



2 Sulphure.

¶ Naſcitur (inquit Plynius) ſulphur in inſulis Aeoliis, inter Siciliam & Italiam. Sed nobiliſſimū in melo inſula. In Italia quoq; inuenitur in Neapolitano, Cāpanoq; agro, & collibus, qui vocantur leucogabi. Volaterranus ait nunc foſſile ſulphur eſſe in agro Volaterrano. Nar quoque fluuius aquas habet ſulphureas. Auſonius. Fluminibuſq; Italis præpollens ſulphureus Nar. — *Aoliæ*

3 Segetibus.

¶ Apud Cinyphem Lybie fluuium magna eſt frugum copia. Vnde Ouid. Cinyphiæ ſegetes citius numerabis ariſtas. Multis teſtimoniis conſtat Lybiam & africā ſegetibus abundare. Mātuanus in ſyluis, Vbi Lybicæ ſegetes vbi Gnoſia vina. Ouid. lib. 4. de Pōto. Africa quot ſegetes, quot Tmolia terra racemos. Ab hac rerū copia, Cererē Argi Lybiſſam vocāt autore Feſto. Gargarus mons Phrygiæ. Ouid. Gargara quot ſegetes, quod habet Methymna racemos. — *ciniphs*, *Lybia*, *Africa*

4 Scaris piſcibus.

¶ Scaros piſces habet Carpatium mare. Horatius. Non me Lucrina iuuerint conchilia. Magis ve Rhombus, aut ſcari. Si quos Eois intonata fluctibus, Hyems ad hoc vertat mare Eois fluctibus dixit, ideſt orientalibus, propter mare Carpathium Hunc piſcem Optatus Heliper- — *Carpathium*

Universidad de Deusto
Biblioteca



tius præfectus claſsis ſub Claudio principe, e Carpathio aduexit. Numeratur autem inter cibos electiles. Varro apud Gellium teſtis eſt ſcaros Cilices omnium eſſe præ/ſtantiſſimos.

5 Sagittis.

℄ Sequentia loca incolas habuerunt peritiſſimos ſagit/tarum Creta. Virgili⁹ in Cyri, Attica Cretæa ſternebat ru
Creta ra ſagitta. Lycia. Virgilius libro octauo. Ille mihi inſignē pharetram Lyciaſq; ſagittas Diſcedens, pharetramq; au ro dedit intertextam. Cydon vrbs Cretæ. Statius libro
Cydon ſeptimo Theba Cydonæas anteibant geſa ſagittas. Gortyna. Luca. li. 6. Dictæa procul ecce manu Gortynis arū/do. idem. Nec Eois peior Gortyna ſagittis, Val. Flac. Pleniſq; redit Gortyna pharetris. Dicte Syllius libro. 13. Dictæa per auras Tranat, & in medium perlabitur vrbis arundo. Parthia. Mantuanus in Alphonſo. Nec perthi/ca tanto Agmine per cœli nubem ſe fundit arūdo. Hac ratiōe Catullus parthos vocat ſagittiferos. Erithra ſeu Erithræ. Sidonius. Forte ſagittiferas Eua populatus Eri/thras, De Orientalib⁹ populis. Val. Flac. lib. 5. Quos neq; Iber, neq; tuta ſuis aurora ſagittis ſuſtinet. Per auroram intelligit Orientales.

6 Sariſſis.

℄ Sariſſæ dicuntur haſtæ Macedonū. Ouid. lib. 12. Qui clypeo gladioq;, Macedoniaq; ſariſſa. Lucan⁹ lib. 8. Primi Pellæas arcu fregere ſariſſas.

7 Smaragdis.

℄ Smaragdo gemma viridi, & oculorum aciē recreāte abundāt Erithra, & ſcythia. Claudianus. Inter Erithræos ſurgentia colla ſmaragdos. Pamphilus. ſardonices, aurū torques, ſcythicoſq; ſmaragdos. Reperit etiā in India, & Cypris Aerifodinis. Ply. ait Aegyptiorū, ſcythicorūq; ſmaragdorum tantā eſſe duriciem, vt nequeant vulne/rari, Ait & ſcythicos omnium eſſe nobiliſſimos.

8 Siſtris.

℄ Siſtrum tinnulum eſt inſtrumentum ab Aegyptiis re



pertum, quo vtebātur in ſacris Iſidis, vnde ſiſtrati Aegyptii dicuntur. Martia. Linigeri fugiāt calui, ſiſtrataq; tur/ba. Ouid. lib. 3. Eleg. Quid nunc ſacra iuuant, quid nunc Aegyptia proſunt ſiſtra? Manilius, Atq; ipſa Iſiaco certa tunc fulmina ſiſtro.

9 Saccaro.

℄ Saccarum dicitur mel in arūdinibus collectum inſtar gummi candidum, & dētibus fragile. Saccarum autem fert Arabia, ſed laudatius India.

10 Stanno.

℄ Caſſiterides decem ſunt inſulæ in Hiſpania, ex quib⁹ effoditur ſtannum, quod Caſſiterū appellatur. Diodo/rus ait venam ſtanni eſſe in Britannia, iuxta Helenū p/montorium, quod nunc Cornubiam vocant.

11 Saxis.

℄ Mātuanus Apeninum ſaxoſum, Pāphilus Ceraunia ſcopuloſa, Calentius Pelion lapidoſum vocant, ꝙ ea loca ſaxis abūdent. De Eryce monte ſiciliæ, ſeneca in Me/dea. Quæcunq; generat inuius ſaxis Erix.

12 Stamine.

℄ Pergamus Attali regia, Memphis, & Babylon vrbes ingenioſæ fuerunt in texendis ſtaminibus. Politianus in Ruſti. Textile nec tenero ſub tegmine fulgurat aurum, ſpirantes referens vultus, quæ Pergamos olim artifici deſcripſit acu, quæ ſtamina Memphis. Quæ Tiros & Babylon radio pinxere ſonanti.

13 Sale & ſalinis.

℄ Hammanientes Cyrenaicæ regionis populi domos ſale montibus ſuis exciſo, ceu lapide cōſtruunt. Sunt ēt in ſaxonia ſalinæ vberrimæ, & argentifodinæ ab otho/ne primo inuentæ. Alos vrbs Achaiæ a ſale ibidem re/perto meruit nomen. In Ormeno monte Indiæ quum ſal eruitur, & inſtar lapidum cæditur, fertur poſtea rena/ſci mira vbertate. Apud Cyprum ſal hammoniacum di citur, quod in arena reperitur. Biſuntiū vrbs eſt Burgun/diæ, in cuius agro duo ſunt fōtes, alter aquę dulcis, alter

Universidad de Deusto Biblioteca



vnde ſal igne denſatum conficiunt, candore præſtans, & maximum eius gentis vectigal. Tarentini ſale abundant candidiſſimo, atque foſſili, quem Plynius ait eſſe omnium ſuauiſſimum. Apud Bactros amnis Ochus, & Iaxartes ex appoſitis montibus deferunt ſalis ramenta. Sunt & in Africa lacus turbidi ſalem ferentes. In Carris Arabiæ oppido muros domoſq; maſſis ſalis faciũt, aqua ferruminantes.

14 Salicibus.

¶Ameria vrbs vmbriæ fuit quondã ſalicibus ferax. Virgilius. Atque Amerin. parat lente retinacula viti.

15 Setabo.

¶Setabum genus eſt lini, ſudariis aptiſſimi, & tenuitate præcipui, quo abundat Hiſpaniæ vrbs Setabis nomine. Catullus. Nam ſudaria ſetaba ex Iberis miſerũt mihi muneri Fabulius & Verannius.

16 Spatto.

¶Spartum herba eſt in Hiſpania frequens, qua optimũ etiam conficitur linum Strabo ait in Hiſpania campum eſſe ſpartanum, a ſparti multitudine nuncupatum.

17 Scombris.

¶Scombraria inſula eſt vel promontorium contra africam, ſcombris piſcibus abundans. Vnde nomen tractũ.

18 Saliunca.

¶Saliuncam herbam breuem & folioſam multæ ſuauitatis gignit pannonia & norica.

19 Suibus.

¶Sues in Arcadia adeo ſaginãtur, vt Plynius ſcribat ſoricem in corpore cuiuſdam præpinguis nidificaſſe.

20 Strutiocamelis.

¶Strutiocameli aues ſunt in Africa & Aethiopia tantę magnitudinis, vt altitudinem hominis inſidentis equo ſuperent, & celeritate vincant.

21 Salmonibus.

¶Salmo fluuiatilis in aquitania, prefertur marino.



22 Sanſuco.

¶Sanſucus herba eſt Mytilenis plurima, qua optimum conficitur oleum, quod ſanſucinum dicitur.

23 Speculis.

¶Optima ſpecula olim fiebant Brunduſii, ſtãno & ære mixtis autor Plynius.

24 Signis.

¶Rhodi. 73. milia ſignorum fuiſſe, Mutianꝰ apud Plynium teſtis eſt.

25 Sinopide pigmento.

¶Sinopis primum inuenta eſt in Ponto, inde nomen a ſinope vrbe. Naſcitur in Aegypto, Balearibꝰ, Africa, ſed optima in Lemno & Cappadocia.

26 Siliqua.

¶Siliqua arbor naſcitur frequẽs in ſyria, Ioniaq; & circa Gnydon, atq; in Rhodo ſemper comantibus folijs.

27 Syluis.

¶Mare rubrum, & totus Orientis Oceanus refertꝰ eſt ſyluis, Tylos quoque inſula maris Perſici, qua ſpectat Orientem.

28 Subere.

¶Suber præcipue naſcitur circa Elidem, aut ſpartam, Plynij temporibus naſcebatur in Italia.

29 Scirpis.

¶Mauri mapalia ſua tegunt ſcirpis, tanta eorum multitudine affluunt, His & nautæ in Pado velificant.

30 Stipulis.

¶In leborino Campaniæ agro tãta eſt ſtipularum craſſitudo, vt eis ligni vice vtantur.

31 Serpillo.

¶Plynius libro decimonono ait montes Thraciæ ſcatere ſerpillo.

32 Spongiis.

¶Spongiæ molliſſimæ ſunt circa lyciam, In helleſponto aſperæ, Denſæ circa Malæam.

33 Aliis rebus.

Universidad de Deusto Biblioteca



Sarcocolã paruæ arboris lachrymã habet Perſis. Sandaracã pigmentum, Topazos ſiue topazonos rubri maris inſula. Selenitem gemmã Arabia. ſeſamũ frugem India. ſyloperdicem auem perdice minorem, Antiochia ſcythicen herbam Bœotia. Sthechadem herbã odoratam ſtœchades inſulæ. ſyderitem gemmam Arabia. ſilurum piſcem, Nilus, ſcorpiones, Africa.

## De litera. T.

1 Terebinthis, Oricos, ſyria, Damaſcus.
2 Talpis, Bœotia.
3 Thure, ſabæa, Arabia, Minæi, Panchaia.
4 Topazio, Topazios.
5 Teſtudinibus, Taprobane, Chelonophagi, India.
6 Tædis, Calabria.
7 Tapſia, Thapſos.
8 Tigrib⁹, India, Hircania, Armenia, Gãges, Caucaſus
9 Tarandis, ſcythia.
10 Torſionibus, Pontus.
11 Thriſſis, Tybris.
12 Thynnis, Hiſpania.
13 Trichiis, Iſter.
14 Tymalo, ticinus.
15 Tuberibus, Lampſacus.
16 Tela, Perſis, Aegyptus.
17 Tauris, Clitumnus, Meuania.
18 Taxis, Hiſpania.
19 Tapetibus, Aſſyria, Alexandria.
20 Thermis, Baiæ.
21 Tragoni, & trogete, Creta, Cyrene,
22 Thymo, Hybla.
23 Tritico, africa, ſicilia.
24 Tribulis, Thracia.
25 Tragelaphis, Phaſis.
26 Turdis, Germania.



### 1 Terebinthis.

ORicos ſeu Orithos ciuitas eſt iuxta Epyrũ, abundans Terebintho arbore, quæ propterea vocat Orithia, Virg. li. 10 Incluſum buxo, aut Orithia Terebintho Lucet ebur. Syria quoq; habet Terebinthũ, maxime in Damaſco.

### 2 Talpis.

Talpis ſcatet tota Bœotia, preterq̃ Coronea vrbs, vbi nec gignũtur, nec allati viuunt. Plynius ait talpas in Orchomeno cuncta ſubruere.

### 3 Thure.

Sabea regio Arabiæ, & tota ferme Arabia abundant thure. Plynius. Sabæi Arabum propter thura clariſſimi. Val. Flac. libro. 6. Argon. Hæc quoque thuriferos felicia regna ſabæos. Seneca in Hercule Oethæo. Splendeſcat ignis thure, quod Phæbum colẽs Diues ſabæis colligit truncis Arabs. Virg. lib. 1. Aenei. Centumq; ſabęo Thure calentaræ. Idem India mittit ebur, molles ſua thura ſabæi. Minæi Arabiæ populi primi commerciũ thuris fecere, maximeq; exercent. Abundat etiam thure Pãchaia regio Arabiæ. Lucretius lib. 2. Araq; Pancheos exhalat propter odores, Bap. pius. Hunc ego Panchæi thuris honore colam. Thure quoque nobilis eſt Liban⁹ mons Phœniciæ. Auſonius. Florũ ſpirat odor, Libani ceu mõtis honor thus.

### 4 Topazio.

Topazio lapide precioſo abũdat Topazios inſula maris rubri, a qua & nomen ſumpſit. Reperitur & in arabię inſula, quæ Chytis vocatur.

### 5 Teſtudinibus.

Scribit Plynius in Taprobane inſula tantam plæriſq; in locis teſtudinum reperiri multitudinem, vt earum ſuperficie contegantur habitãtium familiæ. In Carmaniæ angulo ſunt Chelonophagi (inquit Plynius) teſtudinũ ſuperficie caſas tegẽtes, & carne veſcentes. Sũt & in africa plurimæ. Teſtudines tãtæ magnitudinis habet indicũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



mare, vt ſingularum ſuperficie habitabiles & caſæ inte/
gantur, atque inter inſulas rubri præcipuæ maris, his na
uigent cymbis. Troglodytæ cornigeras habẽt, vt in Ly/
ra annexis cornibus latis, ſed mobilibus, quorum in na/
tando remigio ſe adiuuant.

6 Tædis.

¶ Tæda arbor nuptiis quondam ſacra frequens eſt in
calabria.

7 Thapſia.

¶ Thapſia ferula ſylueſtris, nomen ſumpſit a Thapſo
inſula in qua abundat.

8 Tigribus.

¶ Reperiuntur Tigres in India apud Praſios populos,
magnitudine duplici, quam ſit leo. Iuuen. Indica Tigris
agit rabida cum Tigride pacem. Sunt & frequentes in
Hircania, & Armenia, quæ propterea Hircanæ & Arme
niæ dicuntur a poetis. Virgi. Daphnis & armenias curru
ſubiungere Tigres Inſtituit. Idẽ lib. 4. Aenei. Hircanæq;
admorunt vbera Tigres, Ouidius lib. 8. Armeniæ ve Ti/
gres, Auſtroq; agitata Carybdis. Dicuntur & Gãgeticæ
a Gange. Ouidius lib. 6. Meta. Nec mora traxit Ityn, ve
luti Gangetica ceruæ Lactentem fœtum per ſyluas Ti/
gris opacas. Seneca in Oedipo. Tigris puppe ſedet Gan
getica. Eadem ratione dicũtur Caucaſeæ a Caucaſo mõ
te Scythiæ. Syllius. Caucaſeam luſtrãs virgato corpore
Tigrim. Et Caſpiæ, a caſpia ſcythiæ regione. Claudian⁹.
Si tu ſancta Ceres, & te nõ Caſpia tigris edidit. Parthicę
a parthia. Idẽ. Quẽ Parthica tigris velat. Prope Nipha
tem ſcythiæ fluuium ſunt etiam Tigres. Sidoni⁹, Aut ve
tigriferi pharetrata per arua niphatis.

9 Tarandis.

¶ Tarandum animal tauri magnitudine, & pelle verſi/
colore (qua ſcura fiunt) fert ſcythia.

10 Torſionibus.

¶ Torſio piſcis eſt ſimilis Delphino, præterquã roſtro.
Hunc gignit mare Ponticum.





11 Thriſſis piſcibus.

¶ Thariſſai in Tyberi fluuio laudatiſſimas reperiri ſcri/
bit Plynius Has in Aegypto circa Moroe ſtagnũ, colo/
ni flebilibus numeris eſcæ vice deceptas epiſcantur.

12 Thynnis.

¶ Strabo ait Thynnos piſces miræ magnitudinis in Hi/
ſpania reperiri, eoſq; glande veſci prodit.

13 Thricijs.

¶ Thricię piſces ſunt frequentes in Iſtro, ex quo quum
in mare venerunt. nunq̃ poſtea remeant.

14 Thymallo.

¶ Thymallum piſcem magnitudine cubitali gignit Ti/
cinus Italiæ fluuius.

15 Tuberibus:

¶ Tubera poma ſeu cibi in magnis olim delicijs fuerũt
Aſiæ nobiliſſima extitere circa Lampſacũ & Alopeco/
neſum. Græciæ vero circa Elidem. Præſtãt Africana, De
his Mar. Rumpimus altricem tenero de vertice terram
Tubera boletis poma ſecunda ſumus.

16 Tela.

¶ Auſonius telam commẽdat Perſicam vbi ait Laudet
Achemenias Orientis gloria telas, Molle aurum pallijs
græcia texe tuis. Commendantur Aegyptia ob præci/
puam lini bonitatem, vel quod multis licijs (quæ Poly
mita dicũtur) texere docuerint. Lucanus lib. 10. Vt mos
eſt Pharijs miſcendi licia telis Syllius lib. 14. Quæ radio
cælat Babylõ, vel murice picto Leta Tyros, quæq; Atta
licis variata per artem Auleis ſcribuntur acu, aut Mem/
phitide tela. Setabis vrbs Hiſpaniæ tela claruit. Syllius
libro. 3. Atq; altrix celſa mittebat ſetabis arce, ſetabis &
telas Arabum ſpreuiſſe ſuperbas Et peluſiaco filum cõ/
ponere Nilo.

17 Tauris.

¶ Clitumnus fluuius eſt vmbriæ, cuius aqua pota candi
dos boues (qui ibidem ſunt frequentes) reddit. Statius
libr. 1. Syl. Aut preſtent niuenos Clitumna noualia tau/

Universidad de Deusto
Biblioteca



ros Meuania oppidum eſt vmbriæ, Clutumno fluuio propinquum, ferax taurorum & armentorum. Lucan⁹ lib. I. Eſt qui tauriferis vbi ſe Meuania campis explicat.

18 Taxus.

℄ Taxus arbor eſt feralis, baccas proferens venenatas a qua toxicum velut Taxicum appellatur. Frequens eſt in Hiſpania & Corſica. Vnde Virgilius Sic tua Cyrneas fugiant exanima taxos. Plynius ait arcadiæ taxos tã præſentis eſſe veneni, vt ſi qs ſub his dormiat, cibumve capiat, ſtatim moriatur.

19 Tapetibus.

℄ Alexandria & Aſſyria tapetibus claruerunt, qui inde Aſſyrij & alexandrini vocantur. Statius libro ſecundo Thebaid. Fuderat Aſſyriis extincta tapetibus alto membra Thoro.

20 Thermis.

℄ Caiæ ciuitas eſt Campaniæ, Cuius agro calidæ ſunt aquæ ad voluptatem, & varios morbos aptiſſimę. vnde & thermæ Baianæ celebratæ ſunt.

21 Tragoni & Trogete.

℄ Tragonis ſeu Rhagion herba naſcitur in Creta tantũ inſula in maritimis, Iunipero ſimilis & ſemine & folio & ramis.

℄ Trogetes arbor naſcitur inferiore Cyrenaicæ parte.

22 Thymo.

℄ Thymus ſeu Thymum herba eſt apibus gratiſſima, qua abundant Hybla & Hymettus Virg. in Buc. Nerine Galathæa, thymo mihi dulcior Hyble. Matt. libr. 5. Hyblæis mandidas thymis placentas.

23 Tritico.

Bizãtiũ ℄ Plynius ait Bizantius Africæ campum centenos quin-
quagenos tritici modios reddere, aitq; miſſa Augusto
ex vno grano quadrigẽta paucis min⁹ germina, & 340.
ſtipulas Neroni ex vno grano Cum centeſimo quidem
Sicilia & Leontini Siciliæ campi fundunt. Sunt imprimis fera-
ces tritici tota Betica & Aegyptus.



24 Tribulis.

℄ Tracia tantam habet tribulorum copiam, vt eorum folijs equos ſaginent, qui ad ſtrimona habitant.

25 Tragelaphis.

℄ Tragelaphi animalia iuxta Phaſim Colchorum amnem, nec alibi naſcuntur.

26 Turdis.

℄ Idem ait Turdos frequentes in Germania cerni, maxime hyemis tempore.

℄ De litera V.

1 VAſis, ſamos, Cumæ, Corinthus.
2 Venenis & herbis venenatis, Theſſalia, Põt⁹ colchos iberia, ſcythia, Athrax, citea, phaſis
3 Vellere, Seres, Miletus.
4 Veſtibus, Pellene.
5 Vlmis, Pteleon.
6 Vitulis, Italia.
7 Vrbibus, Creta. Aegyptus, Bactri, Italia, Hiſpania.
8 Viuariis, Britania,
9 Vnguentis loca diuerſa.
10 Vrſis, Myſia, Roxolani.
11 Vris, Germania.
12 Vlulis, Borſippa.
13 Ventis, Gonoeſſa.
14 Vnionibus, Ganges.
15 Vitro, Sidon, India.
16 Vnedonibus, Arabia.
17 Vicis Taprobane.
18 Vulturibus Caucaſus.
19 Vlua, Paduſa.
20 Vino, & vitibus, diuerſa luca.

1 Vaſis.

hAbet ſamos inſula figulinum lutum, conficiendis vaſis (quæ in eſculentis laudantur) aptiſſimum. Vnde Tibullus libro. 2. At tibi leta trahant

Universidad de Deusto
Biblioteca



Samiæ conuiuia teſtæ. Cumæ quoq; ciuitas Campaniæ
vaſis olim terreis gloriabatur. Idem Tibullus. Fictaq; cu
mana lubrica terra rota. De Samijs, Pamphilus. Nõ pu/
deat ſamio te maſſica fundere vaſe. Vina bibit magnis
Porſena fictilibus. Corinthus vrbs Græciæ, prima toreu
matum, vaſorumq; luxuriam commẽta eſt, quæ Corin/
thia propterea dicuntur, & eorum amatores Corinthia
rij. Suetoni⁹ in Auguſto pater argẽtarius, ego Corinthia
rius. Statius, Aeraq; ab Iſthmiacis auro potiora meallis.

2 Venenis, & herbis venenatis.

¶ Abũdat Venenis, & herbis veneficiis Theſſalia. Tibul
lus libro ſecundo Quicquid & herbarum Theſſala ter/
ra dedit Properti⁹ libro primo Et bibere e tota Toxica
Theſſalia, Idem libro tertio Fluere aut vaſto Theſſala
ſaga mari. Horatius lib. primo car. Quæ ſaga, quis te ſol
uere Theſſalis Magnus venenis, quis poteris deus? Luc.
libro ſexto Theſſala quinetiam tellus herbaſq; nocẽtes
Rupib⁹ ingenuit. Idem terris hoſpita Colchis Legit in
Hæmoniis quas non aduexerat herbas. Ouid. lib. tertio
Nam mea Theſſalico languent deuota veneno Corpo/
ra. Pontus quoq; veneficis abundat herbis. Virg. in Buc.
Has herbas atq; hæc põto mihi lecta venena ipſa dedit
Mœris, naſcuntur plurima ponto. Mantua. viroſi infa/
mia Ponti Gramina Colchos & Iberia ſunt etiã feracis
veneni. Horatius, Herbaſq;, quas Colchos & Iberia mit
tit venenorum fexax idem, Ille venena Cholchica, Et
quicquid vſq̃ concipitur nephas, Tractauit. Idem. Calet
venenis officina Colchicis. Ouid. libr. 7. Metamor. Sed
poſtq̃ Colchis arſit noua nupta venenis, Scythia Statius
libro quarto Thebai. Et ſcythicis quoties armata vene/
nis Colchis aget. Athrax vrbs eſt Theſſalie itidem vene
ni ferax. Val. Flac. libro. 6. Argon Quauis Athracio Lu/
nam ſpumare veneno Sciret. Citea vrbs fuit Cholchoꝝ
veneficijs famoſa. Propertius libro primo Tunc ego
crediderim vobis & ſydera, & amnes Poſſe Citæinis du
cere carminibus. Vnde & maga Citeis ab eodem vo/



catur libro ſecundo vbi ait Non hic herba valet nõ hic
nocturna Citeis Non per Medeæ gramina cocta man⁹.
Phaſis fluuius Colchorum. Ouid. Quid te Phaſiacæ iu/
uerunt gramina terræ?

3 Vellere

¶ Seres populi ſunt oriẽtales, apud quos arbores ſunt
non folia ſolum, ſed lanam quoq; tenuiſſimã proferen/
tes, ex quarum frondibus, caniciẽ depectunt aqua perfu
ſam, & ex vellere veſtimenta conficiunt, quæ vocantur
Serica Virgil. lib. 2. Georg. Velleraq; vt folijs depectũt te
nuia Seres Põtanus. Quæ dea nunc radio per ſerica vel/
lera miſcet Politianus in Ambra, Innumerus nec Seri/
ca vellera Bombix, Aſſyrius gemmas, Ser vellera, thu/
ra ſabæus auſonius. Iam pellago volitat mercator veſti/
fluus. Ser. Baptiſta pius. Tegmina veſtiflui qualia ſeres
habent. Seneca in Thyeſte. Et quocunq; loco iacent ſe/
res vellere nobiles. Idem in Hippolyto. Quæ fila ramis
vltimi ſeres legũt. Propertius lib. 1. Quid releuãt variis
ſerica extillibus? Miletus vrbs Ioniæ, Lanarum & velle
rum præſtantia, magnam quoq; meruit laudem. Martia
lis. Nec Miletus erat vellera digna tuo. Horatius libr. 1.
Epiſto. Alter Mileti textam cane peius & angue Vitabit
chlamydẽ. Virg. lib. 3. Georg. Quamuis Mileſia magno
Vellera mutentur, Tyrios imitata colores Politia. in Ru
ſti. Aut bis in Heuculea Mileſſia vellera concha. Codrus
Vrceus. Ille licet multum Mileſia vellera iactet.

4 Veſtibus.

¶ In Pellene Acaiæ ciuitate diuerſæ veſtimẽtorum for
mæ fieri conſueuerunt. Veſtes Pellenicæ adeo nobiles
fuerunt, vt in Iunonis ludis ac certaminibus, victori La/
cerna Pellenica præmij vice daretur.

5 Vlmis.

¶ Pteleon vrbs Theſſaliæ, nomen habuit ab vlmorum
frequentia.

6 Vitullis.

¶ Sunt qui velint Italiam a taurorum, boum, vitulo/

Universidad de Deusto Biblioteca



rumq; multitudine & preſtãtia nominatã. Græci enim
(inquit Gellius) Italos vocant vitulos.

7 Vrbibus.

Creta ℭIn Creta inſula centum fuerunt vrbes. Ouidius libro
ſexto. Fama noui cẽtum Cretæas forſitan vrbes Impleſ
ſet mõſtri. Idem in Epiſto. Non ego te Crete centum di
geſta per vrbes aſpiciã. Lucanus libro tertio. Iam dilecta
Ioui centenis venit in arma Creta vetus populis. Hora.
Quæ ſimul centum tetigit potentem Oppidis Cretam.
Seneca in Troade. Vrbibus centum ſpacioſa Cretæ.
ℭAegyptij regnãte Amaſi viginti milia vrbiũ habitaue
rũt In Bactrianis mille vrbes fuerunt, In Italia ſeptigẽtę
Taraconenſis Hiſpania continet oppida. 293. Polybius
ſcribit trecẽtas Celtiberorum vrbes a Tiberio Graccho
expugnatas.

8 Viuariis.

ℭViuaria animalium (inquit Volaterran⁹) ad tria milia
Britan/nia in tota Britaniæ inſula cernuntur.

9 Vrtica piſce.

Chalcis ℭVrtica piſcis adhæreus ſcopulis frequens eſt in Chal/
cide Euboiæ.

10 Vnguentis.

Loca di/uerſa. ℭVnguẽtum Roſaceum optimum eſt apud Phaſelidẽ
Neapolim, & Capuam. Crocinum in Cilicia & Rhodo.
Nardinum apud Tarſum. Oenantinum & Omphacinũ
apud Cyprum. Adramictinum, Amaranthinum, Coum,
Melinum Metopium, Mendeſium, in Aegypto, Iridis
optimum apud Elidem. Fuit & Agathuſa inſula vnguẽ/
to nobilis, vna earum, quę ſporades dicuntur. Item ſiria
Propertius lib. 2. Quum dabitur Syrio munere plenus
Onyx. Antiquitus laudatiſſimum fuit vnguẽtum in de/
lo inſula. Terrarum omnium accomodatiſſima vnguen
tis eſt Aegyptus. Ab ea campania eſt proxima copia ro/
ſę Bathylli populi, Cyprij, Cyziceni, Corinthij. vnguen/
tis madent.

11 Viſis.



ℭIn Myſia vrſi ſunt alibi tãto infecti veneno, vt canes Myſia
venantes ſolo afflatu perimant. Apud Rhoxolanos &
Lituanos maximi capiuntur vrſi, qui manſuefacti regi/
bus ſunt in delicijs.

12 Vris.

ℭVri animalia ſunt magnitudine tauri, quæ in Germa/ Germa/nia
nię ſyluis reperiuntur.

13 Vlulis.

ℭVlulæ in Borſippa Aſſyriæ ciuitate miræ magnitudi/ Borſip/pa
nis ac cibo expetitæ inueniuntur.

14 Ventis.

ℭGonoeſſa Aetoliæ ciuitas perpetuis ventis agitat. Se Gono/
neca in Troada, An carens nunquam Gonoeſſa vento. eſſa.

15 Vnionibus.

ℭVniones gemmæ reperiuntur in Gange. Mãtuanus. Gãges
Vnioq; ingenti cadens Gangeticus orbe.

16 Vitro.

ℭPlynius ait ſidonem vitri officinis quõdam fuiſſe no Sidon
bilem. Idem libro. 5. Sidonem vocat vitri artificem. Vi/
tra fiunt in India e cryſtallo. Et ob id nullum compara/
tur Indico.

17 Vnedonibus.

ℭIuba apud Plynium teſtis eſt vnedones arbore eſſe in
Arabia quinquagenum cubitorum altitudine. Arabia

18 Vicis.

ℭHabuit inſula Taprobane Vicos. 700. quos pagos di/ Tapro/bane
cimus.

19 Vulturibus.

ℭVultures non aliorſum dicuntur Caucaſei, quã quod Cauca/ſus
in caucaſo abundet. Virgilius in Buc. Caucaſeaſq; refert
volucres, furtumq; Promethei. Hinc orta poetarum, fa/
bula de Prometheo, quem ibidem rodi a vulture fa/
bulantur.

20 Vlua.

ℭPaduſa fluuius Rauennę vicinus plurimum habet vl Paduſa
uæ. Mantuanus. Et vluiparæ tellus vicina Paduſæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



21 Vino & vitibus.

Tmol⁹ ℭTmolus mons Lydiæ, Falernus, & Maſſicus Campa/
niæ, Aulon C labriæ optimo abundat vino. Tmolus.
Syllius libro ſeptimo Aqꝫ ex illo tẽpore diues Tmolus.
Sen.i Theb. Hic nota Baccho Tmolus attolit iuga. Oui.
libro. 6. Meta. Deſeruere ſui nymphæ vineta Tmoli.
Falern⁹ Falernus Varro. Quod far comparandum Campano?
Quod triticum Appulo? Quod vinum Falerno? Tibul/
lus Nũc mihi fumoſos veteris proferte Falernos. Idem
Non tibi ſi precium campania terra daretur, Non tibi ſi
Bacchi cura Falern⁹ ager. Syllius Hic vero intrauit poſt
Maſſic⁹ quam vberis arua falerni, Maſſ cus Sylli⁹ libro ſeptimo
Maſſicus vuiferis addebat nomina glebis. Horatius. Eſt
qui nec veteris pocula Maſſici. Virg. libro ſeptimo Ver/
tunt felicia Baccho Maſſica Statius libro quarto Sylua.
Gauro Maſſicus vuifer remittit, Martialis. Maſſica The
Aulon ſæis tam vina fauis Aulon Horatius, Et amicus Aulon
Fertilis baccho minimum Falernis inuidet vuis Martia/
lis Nobilis, & lanis, & Bacco fertilis Aulon, De precio/
Gaurus ſa tibi vellera, vina mihi. Gaurus quoqꝫ mons Campa/
niæ, vinum habuit laudabile, vt Falernus. Commenda/
tur & vinum leſbium Properti⁹ libro primo Leſbia Mẽ
toreo vina bibas opere. Pamphilus. Se victam reddet vi
ctam ſe Bacchica leſbos. Horat.⁹ Hic innocẽtis pocula
Leſbii Duces ſub vmbra. Ariſtoteles (vt ſcribit Gellius
libro duodecimo) ægrotans guſtato vino Rhodio, in/
quit. Firmum hercle vinum, & iucundum. Deguſtato
Leſbos inde Leſbio, vtrunqꝫ inquit, oppido bonum, ſed ſua/
Methy uius Leſbium. Methymna ciuitas fuit in Leſbo vini bo/
mna nitate nobilis. Virgilins libro ſecundo Georgi. quá me/
thymnæo carpit de palmite Leſbos, Syllius libro ſepti
mo. Ac Methymna ferax, latiis ceſſere Falernis. Pam/
phi. Leſbia pampineos ſpargit Methymna racemos Ho
rat. libro ſecundo Ser. Quod Methymnæam vicio mu
tauerit vuam Ouidi⁹ Gargara quot ſegetes. quot habet
Cęcubũ Methymna racemos Cæcubum oppidum Campaniæ



commendat etiam vini bonitas. Martialis. Cæcuba fun-
danis generoſa coquũtur amicis. Idem li. 6. Cæcuba nõ
ſolos vindemia nutriat orbes. Hora. Cæcubum, & præ/
lo domitam caleno Tu bibes vuam. Fuit & in Caleno vr Calenũ
be Campaniæ vinum generoſum. Iuuenalis. Quæ mol/
le calenum Porrectura viro miſcet ſitiente Rubetam.
Formiæ vrbs iuxta Caietam, antiqua Leſtrigonũ ſedes Formię
fuit nobilis vino. Hora. Mea nec Falernæ Temperent vi
tes, neque Foramiani pocula colles. Setia vrbs Campa/ Setia
niæ ſuperbit etiã vini bonitate. Martialis libro quarto.
Tu Setina quidem ſemper, vel Maſſica ponis. Idem in
Xeniis. Pendula pampineos quæ ſpectat ſetia campos,
Exigua vetulos miſit ab vrbe cados. Pamphilus. Spar/
git Campanis Setia clara iugis. De ſurrento Campaniæ Surrẽtũ
oppido. Martialis. Surrentina bibis, nec Myrthina pi/
cta, nec aurum ſume, dabunt calices hæc tibi vina ſuos.
Habuit & prædulces vuas Alba vrbs Italiæ. Martialis. Alba
Hoc de Cęſareis mitis vindemia cellis Mittit, Iulço quę
ſibi monte placet. Fundanum etiam commendatur a
Fundis oppido Campaniæ. Martialis. Hæc fundana tu
lit felix Autumnus opimi. Meſſana vrbs Siciliæ, a ma/ meſſa/
mertinis Campaniæ populis habitata optimũ ferebat na
vinum. Martialis. Amphora Neſtorea tibi Mamertina
ſenecta ſi detur, quoduis nomen habere poteſt. Plynius
Quartum curriculum obtinuere publicis epulis a diuo
Auguſto Mamertina circa Meſſanam in ſicilia genita.
Chios inſula maris ægæi, & aruiſium in ea promonto/ Chios
rium laudantur vini præſtantia. Syllius libro ſeptimo.
Et ambroſiis Aruſia pocula ſuccis. Veientum Ethruriæ Veientũ
oppidum. Horatius. Qui veientanum feſtis potare die/
bus. Martialis libro ſecundo. Veientana tuam ſi domat
vua ſitim. Aminæi populi fuerunt, vbi nunc eſt Faler/
nus, quorum regio Aminæa dicebatur vini feraciſſima, Aminæ
Virgilius libro ſecundo Georgi. Sunt & Aminææ vites
firmiſſima vina. Thaſus inſula maris Aegei vinum ha/
buit laudabile. Virgilius libro ſecundo Georgico. Sun

Mareo-tis Thaſiæ vites,ſunt & mareotides albæ. Mareotis pars
Aegypti itidem. Hora. Mentemq; lymphatam mareoti-
co Redegit in veros timores. Statius libro tertio Sylua.
Sparſit Tyrrhenæ mareotica vina mineruę. Hoc vinum
durat in lõgam vetuſtatem. Naxos inſula maris Aegæi,
a fertilitate vini Dionyſia dicta eſt. Vnde Pontanus viti-
Naxos genam eam appellat, dicẽs. Hanc poſt vitigenæ ſpaciã-
tem littora Naxi. Bacchicam Statius libro quarto Achil.
Lẽnos,& a tergo decreſcit Bacchica Naxos. Maronæa
Maro-nęa vrbs Ciconum laudata eſt vino, quo vlyſſes inebriauit
Polyphemum. Tibullus. Victa maronæo fœdatus lumi-
na Baccho. Methone quoque vrbs in Thracia nomẽ ha-
Metho-ne buit a vini copia. Nam Methin Græci ebrietatem vo-
cant. Tarraco in Hiſpania etiam vino claruit. Syllius li-
tarraco bro tertio. Dat Tarraco puben vitifera,& Latio tantum
ceſſura Lyæo. Vina apud Græcos celebrata fuere pran-
nium Cereri ſacrum, Chium, Thaſium, Leſbium, Creti-
cum, & apud Syracuſanos Polium, Coum, denique &
Rhodium. Celebrantur & alia plæraque loca vini bo-
nitate, quæ omnia longum eſſet recenſere. Propterea
ſummatim ſubiiciamus, quod in compendium redegi-
ex Ply-nio mus ex Plynio libro decimoquarto, capit. 16. Auguſtus
(inquit) ſetinum prætulit cunctis. Antea Cæcubo erat
generoſitas in paluſtribus populetis. Secunda nobilitas
agro falerno. Naſcitur Gauranum in ſummis collibus,
mediis Fauſtinum, imis Falernũ. Albanæ vuæ ſunt præ-
dulces. Surrentina in vineis tantum naſcuntur, conua-
leſcentibus maxime probata propter tenuitatem, ſalu-
britatemq;. Nam quæ ſpiſſa ſunt, nõ adeo proſunt mor-
bis. Surrẽtino medici nobilitatem dabant. Certant maſ-
ſica æque ex monte Gaurano. Præponuntur calena, &
quæ in vineis arbuſtiſq; naſcuntur, Fundana. Auguſtus
probauit mamertina, circa meſſanam Siciliæ genita. Po
tulana ab autore dicta etiam laudantur, Retica Falernis
tantum poſt habentur a Virgilio. Ethruriæ palmam Lu-
na habet, Liguriæ Genua, inter Pyrenæũ Alpeſq; maſ-



ſilia. Hiſpaniarum Laletana, copia nobilitantur. Elegan-
tia vero Tarraconenſia, atque Lauroneſia, & Balearica
ex inſulis, Italiæ primis conferuntur. In ſumma gloria
fuere Thaſium, Chiumq;. Ex Chio, quod Aruiſium vo-
cant. Item Leſbium, quod ſponte naturę ſuę mare ſapit.
Gratia eſt,& Clazomenio. Quid autem de Gallicis dicẽ
dum? De quibus veteres nihil fere ſcriptum reliquerũt,
ne aliene gentis gloria, ſuam ipſi deprimerent. Exiſtima
bant, fuliginẽ, & tenebras ſuis inductum iri, ſi de noſtra-
tibus verba facerent. Sciebãt enim terram Gallicam po-
puli virtute omnium præſtãtiſſimam, vini quoq; gloria
nõ eſſe inferiorem, imo & feliciorem multo. Propterea
hoc velut conniuẽtes prętermiſerunt, quum tamẽ ſit in
confeſſo Belnenſibus, Niuernis, Andegauenſibus, Aure
lianis, Parrhiſinis meliora nõ reperiri, etiam ſi ex otica
omnia conferre libeat. Sed iam noſtræ copiæ finẽ facia-
mus. Nam tametſi curſim omnia, & velut per tráſennã
attigerimus, remq; omnẽ leui (quod aiunt) brachio ex-
cuſſerimus, ſatis tamẽ hæc ipſis etiam literarũ helluoni-
bus fore confido. Quod ſi quis rem parum, accurate di-
cat curatam, curet curioſiꝰ. Habebit ſaltem, vbi doctrinę
ſuæ, & eloquentiæ neruos exerceat.

## ¶Loca diuerſis rebus carentia.

Congruum videtur, vt rerum copiam ſubſequat
penuria. Propterea paucis narrare cõſtitui, qui-
bus locis quęq; res deſint, vt animi paſcant varie
tate, quæ tantum voluptatis conſueuit parere, quãtum
ciborum diuerſitas, menſis. Sed iam hanc rumpamus
glaciem, & iter aperiamus lectori. Inſula eſt Carthagi-
nem verſus, Gaulee galata noie, cuiꝰ terra ſcorpionem
dirum animal Africę necat. Dicuntur & in Clupea emo
ri ſcorpiões. Nilus vnus omnium fluuiorum nullas ex-
pirat auras, Autore Plynio. Sigaros Arabiæ eſt inſu-
la, quam canes non intrant. Expoſitiq; circum litora, er
rando moriuntur. Tentyræ inſulæ Crocodili non adna-

Universidad de Deusto Biblioteca



tant,olfactuq; incolarum,ſerpẽtes fugãtur. Ceruos afri/
ca propemodum ſola nõ gignit,nec etiam vrſos. Aſinis
(quod ſint frigoris impatientes) carent Pontus,& Scy/
thia regiones frigidiſſimæ. In Arabia ſuillum genus nõ
viuit in vllo genere,maxime in regiõe ſcænitarum po/
pulorum. Muſtellæ in Bœotiam lebadiam illatę,ſolum
ipſum fugiunt. In Ithaca lepores illati moriuntur extre
mis quidem in litoribus. In Ebuſo , Cuniculi non ſunt.
In Olympo Macedoniæ monte non ſunt lupi. Lupos
quoque non gignit Anglia nec aliunde aduectos nu/
trit. In Creta Inſula non ſunt vulpes,nec Vrſi,nec vllum
omnino maleficum animal præter Phalangium. Item
non ſunt Cerui,nec apri,nec Attagenæ , nec Herinacei.
Plynius ait in Africa nec eſſe apros , nec ceruos,nec ca/
preas,nec vrſos. Idem ait cornicẽ nunq̃ Athenis aſpici.
Hirundines Thebarum tecta non ſubeunt , quoniã vrbs
illa ſæpius capta ſit. Nec Biziæ in Thracia cernũtur,pro/
pter ſcelera Theſei. In Creta inſula nõ ſunt noctuæ,& ſi
qua inuecta ſit,emoritur. Rhodos aquilam non habet.
Larius lacus eſt Italiæ tranſpadanæ ad quẽ Ciconiæ nõ
tranſmeant. In fidenate agro iuxta Romã,ciconiæ, nec
nidum faciũt. Picus. Martius negatur eſſe in agro Tarẽ/
tino. Perdices non tranſuolant Bœotiæ fines in Attica.
Non eſt vlla auis in Põto inſula,in qua ſepultus eſt achil
les. Cerasi in Aegypto,nulla cura vnquã potuere gigni.
Hedera nõ naſcitur in India,niſi in mõte mero. In Aegy
pto & Syria,reges inopia abietis,cedro ad claſſes ferun
tur vſi. Magudaris non prouenit in Cyrenaica regione.
Thymum herbam apibus gratiſſimam non habet Arca/
dia. In Carina monte Cretę,muſcę non reperiunt̃. Tem
plum quoque Herculis, Romæ non ingrediebantur. In
Aegypto nõ naſcitur Hebenus arbor. Tineæ in Thracia
& Phrygia non naſcuntur. India neque æs,neque plum
bum habet,ſed gemmis ſuis,ac margaritis hęc pmutat.
Mures non ſunt in paro inſula. Daulis oppidum eſt nõ
procul Delphis, vbi Lucinia nõ parit. Herodot⁹ ait nul/



los mulos gigni in ſcythia , propter immenſum frigus.
Montes non habet Luſitania,teſte Strabo. Cice. ait An/
glos oleo carere,& vino,pro quo ceruiſia vtantur. Gau
leon regio Lybiæ ſerpentes nõ nutrit. In coronea Bœo
tiæ vrbe talpa non gignitur.

Blaſii Madroneti carmen.

In nuce concluſam magni miraris Homeri
Iliadem,nugis Græcia nota tuis?
Pone ſupercilium,& tumefactas reprime criſtas,
Ecce tuis factis res noua maior adeſt.
Nãq; habet exiguum cornu,quod terra,quod æquor,
Quoq; parit refugi ſolis vterq; locus.
Quanta tibi rerum eſt opulentia, Candide Textor,
Eſt tibi,quod Phrygij non tulit arca Mydæ.

¶Henrici abbatis nuncuriani ad doctiſſimum
virum venellum Carmen.

Res noua Mæonio nunq̃ prius eruta cornu.
Prodiit in noſtras res in aperta manus.
Copia,quam nec alit fœcundo iugere Pæſtum.
Quam nec Coryciæ gloria meſſis,adeſt.
Miror ego innumeris diſtinctum rebus agellum,
Quodq; ferat tantas hortulus vnus opes.
Quid tibi doctrinæ ſeruas imberbis Apollo?
Quicquid habes,populo iudice,textor habet.
Textor habet modulos,muſas,arcanaq; nouit,
Quæ vel apud ſuperos,Antipodaſq; latent.
Qui violis gaudes, Muſiſq; Venelle,reuoluas
Hoc opus,innumeras dat tibi Textor opes.

Eiuſdem Henrici ad eundem Venellum,
Carmen Phalecium.

TV qui multiiugis Venelle,rebus,
Et Muſis ſatias tuos ocellos,
Hunc hunc floridulum vides agellum,
Candore Eliſio ſereniorem.
Quem non Alcinous,nec ipſe adonis
Vnquam purpureo rigauit Oſtro.

Universidad de Deusto Biblioteca



Verum Cecropiæ comes niueruæ,
Textor Migdonia parauit arte.
Inquiſis violas?rogas amomum?
Narciſſum,Caſiam,Thymum virentem?
Textor molliculo ſinu recondit,
Quicquid ipſi arabes ferunt odoris,
Quicquid Heſperides ſuis roſetis.
Hic eſt & Charitum chorus dearum,
In riuis Dryades canunt tenellæ.
Pomoſaſq; tenent manu papillas,
Et mammas pariter ſororiantes.
Ornant,baſiolis ſuauiantur.
Sertis vernicomas ligant corollas,
Pan clarus numeris,chely,& cicutæ;
Muſis ecce parat leues choreas
Hic eſt floridulus,comatuluſq;
Hortus,non ſterili ſcatens labruſca;
Hæc eſt omnigenis referta rebus
Vber copia.Si ioui Venelle
Compar fatidico velis videri,
Hunc hunc floridulum teras agellum;
Candore Elyſio ſereniorem.

¶ Ad illuſtriſſimum magnæq; ſpei adoleſcentem
& regio prognatum ſanguine Franciſcum
Cliuiẽſem Rauiſii Textoris carmen.

QVr ego nunc laudum pręco tubicenq; tuarum
Has tibi primitias,atq; hęc monumenta laboris
Offero,& inculta fabricatum incude volumen.
Laurigeris Franciſce puer gratiſſime muſis?
Hoc fecere tui mores,& candida virtus,
Quæ quantum ſurgit numeroſis menſibus ætas,
Tantum habet augmenti,creſcitq; augentibus annis,
Tanta tibi in niueo,tam clara eſt gratia vultu,
Tantus in ore lepos,tam clare in corpore dotes,



Vt triplex habeat lapidoſo in pectore marmor.
Qui tantum ſpecimen non pleno prædicat ore
Quo fit,vt hos noſter numeros tibi mittat Apollo.

¶ Ludouici Miletij nauarienſium gramma-
ticorum Hypodidaſcali carmen.

DEſine iam lector plenis attollere buccis
Antiquos toties & celebrare viros.
Hæc tibi nobilius pepererunt ſęcula mõſtrum,
Quam primis tulerit Græcia temporibus.
Textor hic eſt,quem Cecropiæ pauere camœnæ,
Quemq; ſuis aluit docta minerua fauis.
Huius in ore lepos talis,fœcundaq; Pitho,
Qualis in arguta voce periclis erat.
Non minus eſt tanto felix niuernia partu,
Quam vetus Andino Mantua Virgilio.

¶ Claudii Budini vultonis carnuteñ.ad Are-
dium Gentilem.S.Aredię Lemoui-
ceñ.canonicum Iambicum.

TVmen iuuentæ,nec minus ſenectuti
Prębens deificos vſu amice ſplendores,
Dic non grauiter iras inique acerbeq;
Patiaris horum,qui furore perfracti
Studioſus vel ganniunt,vel oblatrant.
Diues roſetum,candidum,patens,plenum
Rudes aſelli non verentur intrare
Tamen miſelli murmurare non ceſſant
Textori inertes inuident ſuum florem,
Damiſella felix inuidetur ardenti
Flos egregius eſt,propriuſq; ſcriptori.
Textoris eſt flos,qui labore natiuo
Omneiſq; cultus,omniumq; deflorans
Regionum odores,vndecunq; portauit,

Vt prorſus omni flore franciam ditet.
Et ſumma patriæ mox amenitas creſcat.
Hæc vt reuoluas. Blaſius tuus ſuadet.
Textoris vna ars mille tibi præſentat.
Monemus & nos inuidus ſuam linguam
Exarmet, aut Lycambem arundo pertundet.

¶F.N. Marconuilli de Officina Io. Rauiſii Tex. (quam togam vocat) ad Mineruam epigrãma.

AD tua vittatus quam fert altaria Textor,
Docta laboratam ſume Minerua Togam.
Quæ tremulo quondam neuiſti pollice fila,
Texta ſacris Textor deſtinat illa tholis.
Si peregrina deos aliquot vexilla venuſtant,
Tu ne tui renues grande laboris opus?
Si rubra lena deos alios iuuat, hoc ne retrudes,
Quod ſoles habili texuit autor acu?
Hiſtorias miro compactas ordine geſtat.
Hoc ratæ rarum ſedulitatis opus.
Quis ſophus, hiſtoricas, vates, quis rhetor & acer.
Extitit, huius habet fimbria pulchra togæ.
Ad tua propterea quam fert altaria textor.
Docta laboratam ſume Minerua togam.

¶Christophorus Picartus Ioanni Rauiſio Textori præceptori ſuo, Viro doctiſſimo. S. D.

DEbent tibi Ioannes Rauiſi præceptor optime, non iam Niuernenſes ciues tui magis, ad quos tamen laudis tuæ pars non modica referetur, quam ſtudioſi omnes literarum, imo & quã literæ ipſæ latinæ politioreſq;, de quibus ita præclare es meritus, mereriſq; in dies præclarius edẽdis in lucẽ egregijs & mire profuturis operibus, vt non tã tua quã rei literariæ





cauſa hoc laboris ſuſcepiſſe videare. Cum enim latiſſimus ad gloriam campus tibi pateret, tuq; aliam quãuis non æque forſan plenam, atq; vberem nominis comparandi rationem inire poſſes, nunquam tamen acquieuiſti prius, quam inſigni hoc munere, ſtudioſos omnes tibi deuinxeris. Vna itaq; opera, & nomẽ tuum apud omnem poſteritatem immortalitati commendaſti, & manſuetiores haſce, ac humaniores literas, ſimulq; earum ſtudioſos pleniore obſequio es demeritus. Quod cum ſit tam verum, quam admirabile, ac rarum ecquis tandẽ omnium eſt, cui plus debeant literæ quam vni Rauiſio? qui præter ſummam eruditionem, qua nimirũ conſpicuum opus tuum exornaſti, es etiam humaniſſimus ac perinde candidiſſimus, Vt quiſq; igitur literarum eſt amantiſſimus, ita ſe tibi plurimum debere fateatr̃ neceſſe eſt Quo etiam nomine tibi non parum aſcriptus ſum textor doctiſſime, cui quicqd in me eſt eruditiõis ſi modo quicquam omnino eſt, id totũ refero acceptum nẽpe quo, nec ſane penitendo præceptore vſus ſum porro grati animi eſſe duxi, beneficiũ, quod abs te acceperim ſemper premæ ferre & hac qualicunq; epiſtola gratiam ſi non quantam mereris, certe quantam maximam animus meus capere poteſt, habere.

¶Carmen Antonii Reſſini de Officina Rauiſii Textoris, præceptoris ſui.

MErcibus Eois, Lydoq; opulentior auro,
Ecce tuis manibus locuples apotheca paratur
Lector adeſt multo quę fragrat aromate capſa,
Quæ melitotum olet, calfactaq; balſama ſpirat,
Et quicquid redolent alabaſtra, fociq; deorum,
Quodq; ſuo ſtillat Cynareia cortice myrrha,
Thure quod Eoo nebuloſus fumigat ignis.
Quis dedit has nobis Roſulas, floreſq; crocoſq;:

Universidad de Deusto
Biblioteca



Hanc Iouis ambroſiam, Textor, quem maximus orbis
Nouit, & igne ſuo, qui proſpicit omnia Phœbus,
Quem ſi fata diu ſeruent, ſuperata vetuſtas
Obliqua inuidia, & toruo liuore crepabit.
Perge agedum Textor, ſolitiſq; inſiſte camœnis,
Contemne Archilocos, rauco qui gutture latrant,
Vanaq; poſtica ſpargunt conuicia ſanna.

Henrici Laberij Nuncuriani
Carmen Phalecium.

Pandora Ignifero parente nata.
In terras ſubit, erigitq; criſtas,
Vt pauo auricomis ſuperbus alis,
In gyrum calamos rotat micantes,
Tum ſupercilio furente ſtridet,
Obtortis videt hinc, & inde ocellis
Si quis tam rigido tumeſcat auſu,
Qui dextram adiiciat manum duello.
Cernit Parrhiſii leporis arces,
Athletaſq; oculo tenaciore.
Vnum inter reliquos videt creatum
Summa Pallade, cui vel ipſe Typhon,
Cedat & reliqui ſimul Gygantes.
Quærit, quis deus, eſt (refert Diana)
Textor cui poſita eſt cerebris ara
Inter nymphicolas, minatur, ardet
Pandora, & ſimilem ſibi recuſat
Gorgonem ciet eſtuat ſub Aetna
Qualis Enceladus, Diana clamat,
Auerte heu dea tortiles ſagittas,
Hunc tu confoueas, tuæq; laudi
Textorem haud pudeat parem fateri,
Vt quum debilis ingruet ſenectus,
Hæredem facias. Hic vnus eſt hic
Textor, cui decus Attici leporis,



Ergo depoſitam remittit iram
Exultans dea nunc veni, labellis
Mecum roſcidulis, leui ſuſurro,
Saltu multiplici diſerte Textor,
Porge mi genulas. Amoris index
Strictus te digitus mihi ligabit.
Vt ſum multimodis referta rebus.
Et diues ſuperat feracis horti
Vbertas, ita te facit beatum
Felix ingenium, labor ſecundus,
Fœtura Attalicis referta lanis.
Ergo roſcidulis hic hic labellis
Iocare, & tremulo ſimul ſuſurro,
Saltu multiplici, diſerte Textor,
Nam repoſtulat & petit maritum
Pandora ignifero parente nata.

Ad D. Franciſcum Boherum Carnuenſis eccleſiæ Canonicum primarium,
Gilberti Ducherij de Textore Carmen.

Traditur illa frequens hominum ſententia, nulli
Dotibus ingenij poſſe vallere tribus.
Nam ſi quis Latiæ floreret honore Mineruæ,
Illo in diuino carmine nullus erat.
Auxilio contra ſi cui veneranda poeſis
Eſſet, is eloquij dote puſillus erat.
Hiſtoricus preſtans. Orator Liuius eſſe,
Nec Clario potuit nomen habere choro.
Quid tamen, in promptu ſi quem Franciſce notemus,
Qui tribus his florens artibus eſſe queat,
Hunc tu vel merito Textorem dicere poſſis,
Si quem alium talem maximus orbis habet.
Hiſtorica ſi quidem quum ſit clariſſimus arte.
Et teneat quicquid delphica templa ſonant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tantus in eloquio eſt, vt vere, ac iure putetur,
Diuinum Latiæ Palladis eſſe genus

¶Ad doctiſſimum virum & vtriuſq; iuris con/
ſultiſſimum. D. Gaufredum Pompadau
reum Petragoricenſem Archidia/
conum Epigramma.

Tu cui conſpicuum tribuit pompa aurea nomen,
Aurea cui virtus, mundaq; verba placent,
Huc geminas conuerte acies, & fronte ſerena
Proſpice Textoris fila operoſa tui.
Sed non expectes Lydæ monumenta puellæ,
Quæq; ſua pingit barbara Memphis acu.
Non fero prægnantem calathum Icariotide tela,
Non quæ veſtiflui linthea ſeres habent.
Tela mea inculta eſt, & multis aſpera nodis,
Et qualem mulier ruſtica nere ſolet.
Ne tamen hanc toruo furioſus diſſue vultu,
Rebus in exiguis vtilis eſſe poteſt.
Hac faciet ſaltem viles ſibi Gallia braccas,
Quiq; ſuo potus Sarmata currit equo.
Aut inculta vagi texent ſibi carbaſa nautæ,
Vapulet vt rapidis vndiq; pulſa notis.
Si qua tuas forſan diducat rima feneſtras,
Qua gelido flatu ſibilet acris hyems.
Hac tela poteris ſtridens operire foramen,
Sic aliquo ſaltem proderit illa modo.
Sed iam poſt riſus, & ludicra verba, loquamur
Seria, non omnes ludicra verba iuuant.
Gaufrede, Ecce meæ proiecta eſt alea famæ,
Nec reuocare queam, ſi reuocare velim.
Nunc acuit vulgus ſatyras, & verbera linguæ,
Imminet & capiti magna ruina meo,
Ergo tibi ſacris patronus conſule muſis,
Patronum ſi te ſenſero, tutus ero.



Ad eundem Gaufredum Pompadau/
reum Blaſii Madroneti ſecu/
riaci Epigramma.

Te quanti faciat Textor tuus, hoc ſatis infert
Gaufrede, æternæ commoditatis opus.
Non tibi dat rubro captas in littore gemmas,
Quodq; metalliferi parturit vnda Tagi.
Ergo quid? æternum nomen, quod nec Iouis ira,
Nec profugæ ętatis deleat vlla dies.
Nunc ſolum corpus poſſunt tibi tollere parcæ,
Inte nil aliud numina iuris habent.
Fama ſuperſtes erit, longæuaq; gloria viuet,
Dum vaga nocturnis luna regetur equis.
Hunc ergo Pyladem firma tibi iunge catena,
Perpetuos cuius dat tibi muſa dies.

¶Natalis Megiſterij Roſetani, Exaſtichon.

Quam miſer es patrio Rauiſi textor ab ortu,
Quam te Romani non genuere patres.
Hi tibi pro tanta ſtatuam virtute locarent,
Si qua homini ob ſtudium conficienda foret.
Nam te Romanus nemo eſt Romanior, hoc eſt,
Cultior eloquio, clarior ingenio.

¶Antonii Reſſini Carmen.

Deſine miratrix priſcorum fama dierum,
Thuriferi magnas tollere Gangis opes.
Nec te commoueant opulenti æraria Crœſi,
Quodq; metallifero parturit amne Tagus.
Hoc ſiquidem modico dabitur tibi copia cornu,
Quam primi veterum non habuere dies.
Lector eme, exiguo creſcet tibi tempore fructus,
Reddere te ditem lectio parua poteſt.

¶Guidonis Mommiraldi in Cornucopiæ
Textoris Encomium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# CORNVCOPIAE

NOn gemmis Lybiæ, Gazis neq; perſica tellus,
Murice nec tumeat luxurioſa Tyros:
India condat ebur, pictiq; aulæa Britanni,
Ilua metalla, Paros marmora, Crœſus opes.
En noua Textoris cornu fert copia pleno,
Terra ſuo quicquid parturit ampla ſinu.
Dat gemmas, aurumq; lubens cuicunq; petenti,
Et ſi quid gemmis pulchrius eſſe poteſt.

## INDEX CARTHARVM

aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk

kkk Eſt duernus, Cæteri ſunt quaterni.

Venetiis apud heredes Luceantonij
Iuntæ Florentini Menſe Iu-
nio. M D X L I.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca